πλάσιον geminatus. viii. reddit. Nouem uero ad octo epogdoi nu-
meri efficiūt iunctionē: tantumqʒ pensat in numeris quantum sym
phonia diapason in melicis: quæ tonum facit: qui est consonæ uni-
tatis continua modulatio. Exquo nihil est quod discrepet: aut re-
sultet in medio: consentaneaqʒ congruit iugitate. Ergo prædictorū
nominū numerus concinebat. Sic igitur rata inter eos sociatio co-
pulam nuptialem uera ratione constrinxit. Exquo cōmodissimuʒ
sibi connubium lætabunda alio mentis fluctu multiuida cōcitauit.
Nam nihil differens animo decori formæ ac substantiæ cœpit formi
dare corporeæ. Quippe perferendos flāmarum cælestiuʒ globos: &
ignes ardentium syderum mortalibus adhuc artubus & macilenta
gracilitate siccatis: non incassum tremebunda formidat: Sed aduer
sum illam quoddā abderitæ senis Alyma: cui multa lapillis surcu-
lisqʒ permixtis herbarum etiam membrorumqʒ congesserat: præpa
rauit. Colchica etiam in centum uoces continuata fiducia adaman
tini cacuminis impressione signatur. Quid aduersum ignes supe-
ros & deorum confinia præparata decoris in curiam uenustatis etiā
lumine submouebat. Deniqʒ reuibratu suo corpori mensis apposi-
to irrorati liquoris illiniebat unguentum. Sed cū talia uirgo com-

Epitritus

Diatessarō

Hemiolios

Epogdous

Diapasō

Democritus

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ponit: pediſſequa eius Periergia incertum utrum ſit a matre Virginis miſſa: an ſua: utpote eius collactea trepidatione ſollicita qd ageret conſpicatur. Quam cum diſponentem prædicta rimatim ab hoſtio ſpeculabunda cognoſceret. Aliam eius ancillam: cui Agrypnia uocabulum eſt: Atque intra cubiculum præbebat excubias: adorſa eſt increpare ꝙ paulum cōniuere ſeruandi decoris gratia uirginem non ſuiſſet. Cum ipſa hæc cuncta: ſi Philologia iniungeret: ualeret impler̄. Nam iam multa aſſerit circuiſſe/mācipiaq; dotalia: Quid ſollertiæ: quid ornatus: Quid denique indumentorum ſummerēt comperiſſe. Non ſibi quoque neſcitum: quid ſponſus ipſe perageret. Quid Iouis in palatio gereretur. An Leucothea ſuccenderet facem lumenque purpureum: & an Solis remigia uigilarent. Sonipeſq; Phoſphori comeretur. Id genus innumera: quæ curioſis perſcrutationibus aſpexerat: aſtruebat. Verū ſecretum cubiculi repēte Phroneſis Mater irrupit: Quam cum Virgo cōſpiceret: ad eā accurrens: honorandūq; pectus exoſculans: præparatorꝝ Poematū conſciam fecit. Verū illa exuuias filiæ: ornatuſq; detulerat. Quis induta deorꝝ ſociari cœtibus non paueret. Itaq; ueſtem peplumque lactis inſtar fulgidum dedit. Quod uel ex illa herbarum feliciū lana: qua induſiari perhibent indicæ prudentiæ Vates: accolaſq; montis Vmbracii. Et quantum oſus eius telluris apportat excandentis Byſſi netibuſ uidebatur. Dehinc appōit uertici Diadema uirginale: Quod maxime medialis gemmæ lumine prænitebat. Ex qua Galeata quædam: obtectaque uultū Virgo inſtar ſecreti Troiani penit⁹ inciſa reſplenduit. At cingulum: quo pectus annecteret: ſibi prudēs mater exſoluit. Et ne Philologia ipſius Phroneſis careret ornatib⁹: eius pectori: quo uerius comeretur: apponit. Calceos præterea ex papyro textili ſubligauit: ne quid eius membra pollueret morticinum. Acerra autem multo aromate grauidata: eademque candenti manus Virginis oneratur.

Et iam tunc roſeo ſubtexere ſydera peplo
Cœperat Ambronum promens aurora Pudorem:
Cum creperum lux alma micat gemmata decore:
Cum nitet aurato & cum fit Phoſporus aſtro.
Tunc candens tenero glatiatur rore pruina:
Et Matutina greges quatiunt in paſcua caulas

Languidi mordaces cum pulſant pectora curæ:
Et fugit expulſus Lethea ad littora ſomnus.

Ecce ante fores quidam dulcis ſonus multifidis ſuauitatibus ſuſcitatur: quem Muſarum conuenientium choruſ impēdens nuptialibus ſacramentis modulationis doctæ tinnitibus concinebat. Nam nec tibiarum mela: nec ex fidibus ſonitus: nec hydraularum armonica deerat plenitudo. Sed in blandum collata cantum: ac modificato fine compactum uoci uirginum complementi ſpacio ratum fecere ſilentium. Ac tunc ille omnis chorus canoris uocibus: dulciq; modulatu præuertit omnes organicas ſuauitates: & cū ſacræ numeris cantilenæ hæc dicta funduntur.

Scande cæli templa Virgo
Digna tanto fœdere:
Te ſocer ſubire cælſa
Poſcit aſtra Iupiter.

Tunc Vrania cæteris paulum reticentibus ſic cœpit.

Sydereos cœtuſ & culmina ſacra polorum
Nil iam coniiciens numine fiſa uide.
Olim diſquirens nexos quid torqueat orbes:
Nunc præſul cauſas raptibus ipſa dabis.
Quæ circoſ textura liget: quid nexio claudat:
Ambiat: & quantos orbita curua globoſ.
Sydereos curſus: quid cogat: quid ue retardet.
Quis lunam flammet: uel minuat radius:
Qui cælum ſtellet fomes: & quanta reuoluat:
Quæ ſit cura Deis: uel modus aſpicies.

Scande cæli templa Virgo
Digna tanto fœdere:
Te ſocer ſubire cælſa
Poſcit aſtra Iupiter.

Tunc Calliope.

Semper complacitis amica muſis:
Cui magneſia poculum fluenta
Et fons Gorgonei tulit Caballi
Vertex aonidū uirēs Choraulis:
Cui frōdet uiolas parante Cirrha
Tu uatū mela dulcib⁹ camēis
Et ſcis Pindareā chelim referr̄.
Te dictāte fideſ ſacrꝝq; plectꝝ:
Mouit Threiciū ſonar̄ carmē.
O lux nr̄a ſacroſ ꝓbare cātus
Sueſce: atq; orgāicis bear̄ circis

Scande cæli templa Virgo
Digna tanto fœdere.
Te ſocer ſubire cælſa
Poſcit aſtra Iupiter.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ac ſic Polymnia.

Tandem laboris fructus æthram fulgidam
Diuumque ſedes/ac Iouis conſortia
Prouecta carpis inclytoque numine
Cruenta dudum: quæ iugare rhythmica
Ac diſpari mixta ſueta regula
Mox quid iacente: quid iugata linea
Trigonus recurruet: circuluſque torqueat
Melos probare: ac Tonos & Cruſmata
Artiſque cunctas ſolita: quæ cælitum
Poſſunt parare mente ad alta culmina.

Scande cæli templa Virgo
Digna tanto fœdere.
Te ſocer ſubire cælſa
Poſcit aſtra Iupiter.

Tunc Melpomene.

Sueta coturnatos ſcœnis depromere cantus
Soccumque ferre comicum.
Et reboare tua tulimus quæ carmina cura
Melo fauente rhythmico.
Nunc tibi Virgo cano ſpes atque aſſertio noſtri.
Tenore uerſa carminis.
Nam thalamum redimire iuuat: tu ſerta probato
Tuis placere ritibus.
Digna maritali ſemper uidearis olympo.
Decentiorque cælitum.

Scande cæli templa Virgo — Te ſocer ſubire cælſa
Digna tanto fœdere. — Poſcit aſtra Iupiter.

Ac ſic Clio.

Tu quæ Rhetorico plangere ſyrmate:
Atque reum rabido abſoluere pectore
Quæ nunc ſenſa ligans horrida nexibus:
Soritas cumuli acceſſibus aggerans.
Nunc quid grammatica ſtringere regula:
Quid fandi ambiguis conterat ordinem.

Docti canis ſollers ludere ſenſibus:
Nunc ſtellata poli conſpice limina:
Et candore ſacro Aetheris utere:
Quem uero precium eſt noſcere lumine.
Scande cæli templa Virgo — Te ſocer/ſubire cælſa
Digna tanto fœdere — Poſcit aſtra Iupiter.

Mox Erato.

Caput artibus inclyta Virgo:
Cui panditur Aula Tonantis:
Merito tibi ſubditur Orbis
Rationibus ante repertus:
Sacra fulgura cur rutileſcant:
Fragor intonet unde reſultans:
Quid agat per aperta madorem
Modo nubibus imbrificatis.
Quid euntibus agmine nimbis
Reuocet nitidiſſima uerna
Rotet omnia circulus anni
Properantia claudere ſæcla.
Quid habent rationis operta
Canimus tibi cognita ſoli.
Scande cæli templa Virgo — Te ſocer ſubire cælſa
Digna tanto fœdere. — Poſcit aſtra Iupiter.

Ac tunc Terpſicore.

Læta honoris meritis aſtra Virgo conſpicis
Hoc tibi ſollers parit ingenium laboſque:
Iſta peritis tribuit cura uigil lucernis.
Perdia pernoxque: ſacris nanq; onerata chartis
Quicquid agentes ſtoa ſi præſcia dant futuris
Semper anhelis docilis fomitibus tuliſti.
Nam ſabeorum rapidis quid uapor edat aris:
Fumida quid thuricremis aura paret fauillis
Omnia uel certa ferant uocibus auguratis/
Intrepidis nec dubitans fatibus anteuortis.
Scande cæli templa Virgo — Te ſocer ſubire cælſa
Digna tanto fœdere. — Poſcit aſtra Iupiter.

Dehinc Euterpe.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Virgo petitæ prævia ſortis:
Quæ potuiſti ſcandere cælum:
Sacraque caſtis dogmata ferre:
Noſcere ſemet: quis ualuere!
Quique uidentes lumine claro
Numina fati & geniorum
Cernere uultus.

Quæq; Platonis Pythagoræq;
Eſſe dediſti ſydera mentes:
Tuq; caducis mortalibuſq;
Nube remota cernerē iuſti
Numina cæli.

Iure Senatum ſcande tonantis:
Quam decet unaq; Mercuriali
Fœdere iungi.

Scande cæli templa uirgo
Digna tanto fœdere:
Te ſocer ſubire celſa
Poſcit aſtra Iupiter.

Deinde Thalia.

Beata uirgo tantiſ
Quæ ſyderum choreis
Thalamum capis iugaleq;:
Ac ſic fauente mundo
Nurus adderis Tonanti:
Ac cuius eſſe diui
Tibi contigit maritam
Eius meante penna:
Qui ſolus aſtra mundi
Præteruolans perrexit
Rapidis uigil procellis:
Qui cum ſuperna tranat:
Prata tartarum recurrit:
Qui ſolus ante currum
Et candidos iugales
Altipotens parentis
Memorem ciere uirgam:
Qui fata ſuccidentis
Separat libens Oſiris
Sationibus grauari
Genitalibus repertis:
Quem ſcit pater Deorum:
Cui lacteam papillam
Gaudens dedit Nouerca:
Cuius uigente uirga
Dirum ſtupet uenenum:
Cui uirus omne ſanti
Orbem facit gemellum.
Eſt doctus ille diuum:
Sed doctior puella.
Nunc nunc beantur artes:
Quas ſic ſacratis ambo
Vt dent meare cælo
Referent caducis aſtra:
Ac lucidaq; uſq; ad athram
Pia ſubuolare uota
Per uos uigil decenſque
Nus mentis ima complet:
Per uos probata lingua
Fert glorias per æuum:
Vos diſciplinas omnes
Ac nos ſacrate Muſas.

Dū hæc igitur Muſæ nunc ſolicanæ: nūc cōcinētes interſerūt: uiciſſimq; mela dulcia geminātur. Ecce quadā matronæ ſobrio decore laudabiles: nec conqſitis figmētis circa faciē uultuoſæ: Verū ſimplici quadā comitate prænitētes ī pēates Virginis: thalamumq; con

ueniunt. Quatum una intenta circumſpectione cautiſſima: & omnia rerum uigili diſtinctione diſcrminans dicebatur Prudentia uocitari. Huius germana ſua cunctis attribuens nllūq; eo: quo non merebat̃ afficiens Iuſtitiæ ferebatur ſortita uocabulum. Verū tertia cōtēptis muneribus atq; abſtinentia prædicāda ex morꝫ Tēperātia nomen accæperat: Quæ ſupererat fortiſſima: ac tolerādis omnibus aduerſis ſemper infracta ſubeundis etiā laboribus: roborē quoq; corporis præparata: Virium uocabulū poſſidebat. In amplexū eius oſculumq; deferunt: atq; eā cum intra cubiculū conſpicerēt: per omnia trepidantē: & uelut lucifugam hæſitationibus torpentē pectus eius: faciēq; tractantes in conſpectum oīum & publicam uenire faciem compulerunt. Poſt has ingreſſa quædam grauis crinitaq; fœmina: & ex eo ꝙ per ipſam Iupiter aſcenſum cunctis in ſupera tribuerit admodum glorioſa. Quam cum Virgo conſpiceret: ad eam oī ſtudio: affectuq; concurrit. Quippe quadā fiducia compertorum: Ipſa eidē ſcandendum cælum fuerat augurata: & nūc ad eā in nuptias corrogandā ab ipſo trāſmiſſa Maiugena. Præterea tres puellæ uultu: decoreq; parili ac uenuſtate luculētæ: ſertis religatæ inuicē manus: roſarumq; ſpeculis redimitæ ad Virginē conuener̃. Quaꝝ una deoſculata Philologiæ frontē. Illic ubi pubē ciliorum diſcriminat glabellæ medietas. Alia os eius: tertia pectus apprehendit. Videlicet prima: Vt lætos oculis afflaret honores. Secunda gratiā eius linguæ inſpirabat. Animo tertia comitatē. Quippe illæ Charites dicebant̃. Et qcquid apprehēderant: uenuſtabāt. Quæ quidem uirginē poſtq̄ lumine repleuere Muſis admixtæ: etiā geſticulationes conſonas: atq; hymenæa dedere tripudia. Sed ecce magno tympani crepitu Crotalorūq; tīnitu uniuerſa diſſultāt: Eouſq ut Muſarum cātus aliq̄to bombis tympani obtuſior redderetur: & cū ſonitu introfertur lectica interſtincta ſyderibus: Cui ritu myſtico crepitus præcinebant: Qua mos fuerat nubentes Deas in cæleſtis thalami peruenire conſortia. Ante hanc quædam auguſtioris uultus fœmina: ac ſacro lumine: æthereoq; reſplendens uenerabili antiſtitio præminebat. Quam cum omnes: qui affuere: conſpicerent reueriti inclytā maieſtatē: ut Deoꝝ oīū: mūdiq; cuſtodē. Huic Athanaſiæ nomen fuit. Et heus inquit Virgo præcepit Deorum pater: Hac regali lectica in cæli palatia ſubueharis: Quam quidem nulli fas attrectare terrigenæ. Sed nec tibi quidem ante noſtrum po

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

culũ licet. Et cũ dicto leniter dextra cordis eius pulſu: pectuſque
pertractat ac neſcio:qua intima plenitudine diſtentum magno cu
turgore reſpiciẽs: niſi hæc inquit q̄bus plenum pectus geris coaptiſ
ſima egeſtiõe uomueris: foraſq diffuderis: ĩmortalitatis ſedem nul
latenus obtinebis. At illa oĩ niſu: magnaq ui: quicquid intra pect⁹
perſenſerat: euomebat. Tunc uero illa nauſea: ac uomitio labora
ta in oĩgenũ copias cõuertit̃ lr̃arũ. Cerner̃ erat: q̄ libri: quãtaq uo
lumina: quot linguaꝝ opera ex ore uirgĩs defluebãt. Alia ex papi
ro: quæ cedro perlita fuerant: uidebant̃. Alii carbaſinis uolumibuſ
cõplicati libri: ex ouillis multi quoq tergoribus. Rari uero ĩ phyl
lire cortice ſubnotati. Erãtq q̄dã ſacra nigredine colorati. Quorũ
litteræ aĩantiu credebant̃ effigies: Quaſq libroꝝ notas Athanaſia
conſpiciẽs q̄buſdã eminẽtibus ſaxis iuſſit aſcribi. Atq intra ſpecu
per ægyptioꝝ abdita collocari. Eadẽq ſaxa ſtellas appellans. Deo
rum ĩtẽmata continere. Sed dũ talia uirgo undãter euomeret: puel
læ q̃ plures: quaꝝ artes aliæ: aliæ dictæ ſunt diſciplinæ: ſubĩde Quæ
uirgo ex ore effuderat: colligebant. In ſuũ unaquæq illaꝝ neceſſa
rium uſu: facultatẽq corripiẽs. Ipſæ etiã Muſæ: præſerti Vrania:
Calliopeq ĩnumera gremio cõgeſſer̃ uolumina. In aliis q̄ppe diſtĩ
ctæ ad tonũ. ac deductæ paginæ. In aliis circuli lineæq: hemiſpæria
quæ cũ trigonis & quadratis multiãgulæq formæ Protheorematũ
uel elemẽtoꝝ diuerſitate formatæ. Dehinc pictura aĩaliu membra
multigenũ in unã ſpẽm cõplicabat. Erant ẽt libri: q̄ ſonorum mela
ſignaq nũeroꝝ: & cãtandi quadã opera præferebãt. Poſtq̃ igr̃ illa
bibliothecalẽ copiã nixa imitat̃: Virgo diffudit exhauſto pallore
cõfecta: Athanaſiæ opẽ: quæ tãti laboris cõſcia fuerat: poſtulauit.
Tũ illa: ut refectior cælũ: ſublimiſq cõſcendas: hoc tibi accipe ſor
billãdũ: Ac tũc Matri Apotheoſi: quæ cũ illa forte cõuenerat. Et
iã pridẽ libros: Qui ex Philologiæ ore defluxerãt: mãu cõtingens:
ac dinũerãs cõſſecrabat: auferens quandã globoſam: aĩatamque ro
tunditatẽ ſummit: ac Virgini porrigit hauriendam. Verũ ipſa ſpe
cies oui interioris coccino circũlita exterius rutilabat. Ac dehinc
perlucida inanitate: albidoque humore: interiore tamen medio ſolĩ
dior apparebat: Quã cũ Philologia ſuſciperet: Quoniã p⁹ tãti labo
ris afflictatiões: æſtuſq mẽtis plurimũ ſitiebat: Reſeratiſ ei⁹ rotũdi
tatis arcãis poſtq̃ rẽ dulciſſimã cõperit: totã incũctãter exhauſit.
Continuoque nouo ſolidantur membra uigore:

Et gracilenta perit macies: uis terrea cædit:
Aeternumq uenit ſine mortis legibus æuum.

Verum diua cum immortalitatis eam poculum cerneret ebibiſ
ſe: quo e terris illam cælum pergere: immortalẽq factam uelut eni
gmate redimiculi perdoceret: ex herba quadam rureſtri: cui ἀειζ
ῶον uocibulu eit: uirginem coronauit: præcipiens omnia: quæ
adhuc mortalis aduerſus uim ſuperam in præſidium coaptarat: ut
expelleret: Quippe caducæ mortaliſq ſubſtantiæ iſtec eſſe minima
memorabat: Quæ quidem omnia eidem mater abſtraxit. Poſtq̃
eam mundana trancẽdiſſe ſtudia recognouit. Tunc Philologia ex
aromate præparato: acerraq propria Athanaſiæ primitus ſupplica
uit: Matriq eius gratiam multa litatione perſoluit. Quod nec Ve
dium cum uxore conſpexerit. Sicut ſuadebat Etruria. Nec Eume
nidis ad caldea miracula formidauit: Nec igne uſſerit: Nec lympha
ſubluerit: Nec animæ ſimulacrum Syri cuiuſdam dogmate uerbe
rarit: Nec Phaſi ſenis ritu Chirontis manibus inuolutam immor
talitatem mortis auſpicio conſecrauit. Interea conſcendere iuſſa
lecticam: quæ in ſuggeſtu maximo: Quoniã uidebatur difficile ad
modum ſibi: ne dicam impoſſibile deputabat. In quam rẽ cõſequẽ
ter implendam alumnum ſuum dilectum præ cæteris conuocauit:
Quo innixa omnem difficultatem ſuperæ conſeſſionis euicit. Veru
idem: qui Labor ab eadem uocabatur: Non ſolum in lecticæ culmẽ
eam ſuſtulit. Verum cælum cũ domina impiger permeauit. Quip
pe conſociato ſibi quodam puero renitenti: qui nec uoluptariæ Ve
neris filius erat. & tamẽ Amor a ſapiẽtibus ferebat̃: a frõte lecticam
ſubuehere moliunt̃. Nã poſticã Epimelia: & Agrypnia dilecta uir
gini ſuſtuler̃ mãcipia. Sic. n. Athanaſia præceperat: ut uterq ſexus
cũ Philologia cælum poſſet aſcẽder̃. Præcedit illico cõſcẽdentẽ Mu
ſarum cõcinẽtium põpã: & prædictoꝝ comitum uenerabilis multi
tudo. Periergia uero aliis comitata pediſſeqs: dotalibuſq mãcipi
is curioſe uniuerſa perſcrutãs: atq ĩterrogãs ſequebat̃. Veꝝ ad cul
mina Arcis aeriæ comitatus ille cũ uirgine ꝓpinquabat. Et ecce ad
uẽire ſubito deoru ꝓnuba nũciat̃: ãte quã Cõcordia: Fides: Pudi
citiaq præcurrũt. nã Cupido corporeæ uoluptatis illex: l cã ſẽper
ãteuolet: Philologiæ occurſib⁹ nõ auſ⁹ ẽ ĩtereẽ. At ubi in cõſpectu
nubẽtis diua peruẽit: atq: ut mos uirgĩs erat: litauit aromatib⁹ De
am talibus deprecabat̃. Iuno pulchra: l aliud nomẽ tibi cõſortiũ

cæleſte tribuerit:& nos a iuuando Iunonē. Vnde & Iouē dicimus:
nominemus. Siue te Lucinā: ꝙ lucem naſcentibus tribuas: ac Luce
ſiam conuenit nuncupari. Nā ffluuoniam: februalemq; ac februam
mihi poſcere non neceſſe ē. Cum nihil contagiōis corporeæ ſexu in/
temerata pertulerim. Iterducam & Domiducā: Vnxiam: Cinthiā
mortales puellæ debent in nuptias conuocare: ut eaꝝ & itinera pro/
tegas: & inoptatas domos ducas: & cū poſtes ungent: fauſtū omē
affigas. & cingulū ponentes in thalamis non relinquas. Sotigenā te:
quā ſuel in partus diſcrimīe: uel in bello protexeris: precabūtur. Po
pulonam Plebes curitim debent mēorare bellantes. Hic ego te aeriā
potius ab aeris regno nūcupatam uoco. Da noſſe poſcenti: qd hæc
aeria latitudo: atq; athomis perlucentes concurrentibus campi ani
mantium gerant. Quidue hic dicatur numinū ſubuolare. Non. n.
de humilitate aeris illius quæro: q uolucribus permeatur: Quem
olympi montis cacumen excedit: Qui uix decem ſtadioꝝ altitudi
ne ſublimatur. Sed elata diſquiro. At iam fas puto qcquid περὶ ὀαι/
μονίας lectitans intellexeram conſpicari. Hic Iuno conſcēdē/
tis precibus nō repugnans: eam ſecum in arces ducit aerias. Atq; ex
hinc multarum diuerſitates edocet poteſtatū. Illi inquit: quos igni
tæ ſubſtantiæ: flāmantiſq; ſuſpicimus: Ab ipſo athere: ſperaq; ſupe
rioris ambitu uſq; ad ſolarem circulū demeātes ipſi dicuntur Dii:
& Cælites alias perhibētur: cārūq; latētiū arcana cōponunt. Sunt
enim puriores: nec admodū eos mortalium curaꝝ uota ſollici
tant: ἀπαθεῖς perhibētur. Illic Iouem regnare certiſſimū ē. At in
fra ſolis meatū uſq; ad lunarē globū ſecūdæ beatitatis numina. Su
pariſq; potentiæ: per quæ tamen uaticinia: ſomniaq; ac prodigia cō
ponūtur. Hæc aruſpicio exta phyſiculant admonētia quædā: uocci
que trāſmittunt: auguratiſq; loquuntur ominibus. Plerūq; enim
quærentes admonent uel ſyderis curſu: Vel fulminis iaculo: uel
oſtētaria nouitate. Sed quoniā unicuiq; ſuperiorū deorum ſinguli
quiq; deſeruiunt: ex illoꝝ arbitrio: iſtorumq; comitatu: & genera
lis omniū præſul: & ſpecialis ſingulis mortalibus Geni⁹ admouet:
quem etiam præſtitem: ꝙ præſit gerundis omnibus: uocauerunt.
Nā & populi Genio: cum generalis poſcit: ſupplicant: & unuſqſq;
gubernatori proprio deprehēdit obſequium: Ideoq; Genius dicit:
Quoniā cū qs hominū genitus fuerit: mox eidem copulatur. Hic
tutelator: fidiſſimuſq; germanus animos omnium: menteſq; cuſto

[Marginal notes: Iuno, Lucina, Luceſia, Fluuonia, Februalis, Februa, Iterduca, Domiduca, Vnxia, Cinxia, Sotigena, Populona, Curitis, Aeria — Vnde; Olympus mons; Aeris prime regionis altitudo; Physiculant; Genius; Preſtes; Tutelator]

dit. Et quoniam cogitationum arcana ſuperæ annunciat poteſtati:
Etiā Angelus poterit nuncupari. Hos oēs græci δαίμονας dicūt:
ἀπὸ τοῦ δαήμονας εἶναι: latini Medioximos uocitarūt. Qui qdē
omnes minus lucidæ: ſplēdentiſq; naturæ quā illi cæleſtes ſicut cō
ſpicis: approbantur. Nec tamen ita ſunt corpulēti: ut hoīum capiā
tur obtutu. Hic ergo lares: hic poſt mēbrorum nexum degūt ani/
mæ puriores: quæ plerūq;: ſi meritorum excellentia ſubuehant: eti/
am circulum Solis ac flammantia ſepta tranſiliunt. Dehinc a lunari
circulo uſq; in terrā: qcqd interpatet: īterſticii ꝓprii partitiōe diſcer/
nitur. Et ab orbe lūari interfuſa medietas diſparat. Sed ſuperior por
tio eos ſicut cōſpicis claudit: Quos ἡμιθέους dicūt: quoſq; latīe ſe
mideos cōuēit mēorare. Hi aīas cæleſtes gerūt: ſacraſq; mētes: atq;
ſub hūani effigie in totius mundi commoda procreātur: His anim⁹
datus ex ſempiternis ignibus: quæ ſydera ſtellaſq; uocamus. Qui
quidem plerunq; ſui miraculo fide, fecere cæleſtiū: ut in ortu Her/
culis geminatæ noctis obſequium: ſerpenteſq; idem paruus oblidēs
uim numinis approbauit. Tages ſulcis emicuit. & ritum ſtatim gē/
tis: Sypnumq; monſtrauit. Ammon apparuit cum cornibus arieti
nis & ueſtimēto lanicio: ac ſitiētibus undam fontis exhibuit. Quid
loquar eos: qui primi mortalibus uſum rerum: maioraq; cōmoda
præſtiterunt: ut uitem Dionyſius apud Thebas. Oſiris apud Aegy/
ptios hauſtum uini uſumq; comperiens. frumentum Iſis in Aegy/
pto: Triptolemus apud Atticos docuere. Eademq; Iſis lini uſum/
ſementemque monſtrauit. Comminuendæ frugis: farriſque fra/
gmenta Pilumno ſignat Italia. Aſcribit Aſclepio Græcia medicinā.
Alii quoq; huius generis hoīes in diuinandi uſum & præſcientiā
procreati ſut Carmentis in Archadia ab effuſo per uaticinia carmīe
memorata: Sibylla: uel Erythrea quæq; Cumea eſt: uel Phrygia:
Quas non decē: ut aſſerunt: ſed duas fuiſſe non neſcis: ideſt Erophi
lam troianam Marmenſi filiam. & Symachiam Hyppotenſis filiā:
quæ Erithræa progenita: etiam Cumis eſt uaticinata. Ex hac diui/
nādi poſſibilitate Amphiaraus Mopſuſq; celebrati. A medietate ue
ro aeris uſq; in mōtiū terræque confinia Emithei: heroeſq; uerſant.
Qui ex eo: ꝙ Heram Terram ueteres dixerunt: Heroes nuncupati.
Ibiq; manes: ideſt corpori humano præſules attributi: qui parentū
ſeminibus manauerūt. Deniq; hæc omnis aeris a luna diffuſio ſub
Plutonis poteſtate conſiſtit: Qui etiam Summanus dicitur quaſi

[Marginal notes: Angeli, Demones, Medioximi, Lares, Anime puriores, Semidei, Hercules, Tages, Sypnū, Ammō, Lanicio, Dionyſius, Oſiris, Iſis, Triptolemus, Pilumnus, Aſclepius, Carmentis ab effuſo carmine, Sibylle due nota contra, Marmē ſis, Erophile, Symmachia, Hyppoteſis, Amphiaraus, Mopſus, Heroes unde dicti & ubi habitant, Manes, Summanus]

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Summus Manium. Hic luna: quæ huic aeri propior eſt: Proſerpia
mēoratur: Ver illi manes quoniā corporibus illo tēpore tribuun/
tur: Quo fit prima conceptio: etiā poſt uitā hiſdē corporibus dele/
ctantur: atq; cū his manētes appellant Lemures: Qui ſi uitæ prio/
ris adiuti fuerint hoēſtate: i lares domorū urbiumq; uertunt. Si au
tem deprauant ex corpore: Laruæ perhibētur: ac Maniæ. Mães igr̄
hic tā boni q̄ truces ſunt cōſtituti: Quos Agathos & cacos Demo/
nas mēorat Graia diſcretio. In his etiā locis Sūmanes: eorumq; præ
ſtites mana atq; matuona. Dii etiā: quos Aquilos dicunt. Ite; Fu
ra Furinaq;: & Mater Mania: Intemperiaq;: & alii triptes Diuoru;
degunt. Circa ipſum uero terræ circulū aer ex calore ſupero: atque
ex halatu: madoreq; infero turbidatus egrediētes e corporibus aīas
quoda fluenti æſtu collidens: nō facile patit̄ euolare. Hincq; tractū
Pyr Phlegetonta ſollertia poeticæ adumbratiōis alluſit. Atq; in eo
perenni ſtrepitu uolutata collidit animarū: quas Vedius adiudica
rit. Impietas. ideſt Pluton: Quē etiā Ditē: Veioueq; dixere. Ipſam
quoq; terrā: quā hoībus inuia ē: referciūt lōgeuorū chori: q̄ hītāt
ſyluas: nēora: lucos: lacus: fontes: ac fluuios: appellanturq; Paes:
Fauni: Fōes: Satyri: Syluai: Nymphæ: Fatui: Fatuæq;: uel Fatuæ:
uel ēt Fanæ: a q̄bus Fana dicta: q̄ ſoleāt diuinar̄. Hi oēs poſt ꝓlixū
æuū moriunt: ut hoīes: ſed tamē & praſciendi: & incurſādi: & nocē
di hēnt præſentiſſimā ꝑtātem. Inter priores igit̄ Genios tua adhuc
mortalis Virgis Diua cōſiſtet. Nā Eccā tibi: Iunoætherea: ſeu Ve
ſta ē: Vt iā immortali diuæq; præcipit dicēs: Iā ſede in concilio Io/
uis directa. Demūq; de acerra Virgis partē ſummit. Tūc portito
res diuæ correpta lectica magno ea; molimine ſubuexere. Sed poſt
q̄ cētū uiginti ſex milia ſtadiorū aeria ſubuecti leuitate cōſcēderat:
ac tonū primū ex phthongis cōpleuere cæleſtibus: lunare; ingreſſa
circulū Virgo Diuæ cōgruis nidoribus ſupplicādo de ꝓxio cōſpi/
catur globoſu; quoddā: tenerūq; corpus: & ſuperni roris leuitate
cōpactū inſtar ſpeculi prænitētis adiaculati fulgoris radioſ reuibra
re. In eo Siſtra niliaca: Eleuſinaq; lāpas arcuſq; Dictynnæ: tympa
naq; cybeleia uidebant. Triformis ēt diſcolorque uertigo terribili
quada; maieſtate rutilabat: Quæ l; cornigera: & parū crederet aſpe
ra egeſtiōib' opportūa: tamē & felē & ceruā: & cōuerſiones bis binas
uultibus præferebat. Exhinc medio q̄ ad lunā cōſcēderat: ad Cylle/
nii circulū uēit: Quo hemitōio permutato: multiplex ei: utpote nu

Manes
Lemures
Lares
Larue
Manie
Demones boni & mali
Mana
Mantuona
Aquili
Fura
Furina
Mania mater
Intemperies
Alitripte
Pyrphlegætho
Adumbratio poetica
Vedius
Impietas .i. plutó
Veiouis
Panes
Fauni
Fones
Satyri
Syluani
Nymphe
Fatui
Fatue
Fantue
Fane
Fana unde dicta
Portitores diue
Dictynna

Dæmones mortales · Nota

benti Dominæ miſtrorū popul' occurrit lætabūd'. Inter quos ſplē
dentis formæ: hituſq; fœmina: ac prōptæ ubertatis ornatibus opulē
ta Virgine ſalutata uſq; in eius oſculū cōfiſa peruēit. Sed mirabat̄
illa obſequentiū multitudo: quæ ſicut Syrus q̄dā aſtruit in nūero
duorū milliū fuerat cōſtituta q̄ ſocia: quā Hetruſci dicebāt: ipſi deo
nuptā fuiſſe Cyllenio: Nulla prorſum inuidia titillata Virginē com
plexa cōſtrinxerat. Hæc aūt Facundia: nā illi hoc erat uocabulū: in
Philologiæ penatibus ſe ortā: educatāq; mēorabat. Nec indignū eē:
q̄ ſibi alumna prælata ē. Quæ & ſibi ſemper ornatū & pabulū multis
præbuerat diſciplinis. Verit etiā quādā decēs ac pudiciſſima puella
rum: Quæ præſul dom': cuſtoſq; Cylleniæ. Verū themis: aut Aſtrea
aut Erigone dicebāt: ſpicas māu: celatāq; ex hebeno pinacem argu
mentis calib' aſſerebat. Erat ī medio auis ægyptia: quæ Ibis mēora/
tur ab incolis. Sed cū Petaſo uertex atq; os pulcherrimu; uidebat̄.
Quod q̄dē ſerpētis gemini lābebat implexio. Subter quādā præni
tens uirga: cuius caput auratū: media glauca: piceus finis extabat.
Sub dextra teſtudo: minitāſq; nepa: a leua caprea. S; Diloſon alitē:
quæ ſit oſcinū mitior in certaminis tēptamēta pulſabat. Ipſa uero
Ibis prænotatū gerit nomē mēſis cuiuſdā mēphitici. Hac tabellam
cum ingeſtam ſibi conſpiceret Virgo uenerata: licet ſpōſi cognoſce
ret argumentū: tamē non auſa ē ſine ſupplicatiōe trāſire. Tunc etiā
candidior Athlantidum Iouis cōgreſſu: pignoriſque culmine ꝓue
cta ſuperuēit: quæ q̄de; ne in nurui officio ſine bilance libra appare
re dignata eſt: Quā Virgo uenerata: quoniā ſatis ſociam ſilio reco/
gnouit: duabus cum lucrorum potente dicatis cœpit honorar̄ pecu
dibus. Hinc feſtinatur aſcenſus: & uſq; in Veneris circulu; hemito
nio tranſuolatur. Ipſaq; Venere: quæ nuptiis allubeſcebat: q̄tu de/
cebat orata. Hoc in ea perhibetur intuita. q̄ admodum pulchra: ta/
men Anthias dracōibus circumflexa: crebroq; capillitio uulſa am/
bifariūq; Nital ſecum congreſſa mitificat. Mox ſtudium in ſolare;
laborare Circum. Quippe ſeſq̄plo fatigabat aſcēſum: Qui tonuſ ac
dimidius hēbat̄. Ibi quandā nauim totius naturæ curſibus diuerſa
cupiditate moderantē: cunctaq; flāmarū congeſtiōe pleniſſimā: bea
tis circūactam mercibus conſpicatur. Cui nautæ ſeptem germāni ta
men ſuiq; cōſimiles præſidebant. In prora felix forma depicta Leo iſ
in arbore Crocodili in extimo uidebat̄. In eadem uero rate fonſ qui
dam lucis ætheree: arcaniſque fluoribus manās in totius mūdi lu/

Syrus
Themis
Aſtrea
Erigone
Nepa minitans
Dilofos auis
Libra bilance
Anthias
Nital
In prora depict
leo

mina fundebat. Quo uiſo Philologia conſurgens: totaq; uenera
tione ſupplicās: ac paululū cōniuēs oculos deū talib' deprecabat.

Ignoti uis cælſa patris: uel prima Propago
Fomes ſenſificus, mentis fons lucis origo
Regnum naturæ Decus: atque aſſertio Diuum:
Mundanuſque oculus: Fulgor ſplendentis Olympi
Vltra mundanum fas eſt: cui cernere patrem:
Et magnum ſpectare Deum: cui circulus Aethræ
Paret: & immenſis moderaris raptibus orbes.
Nam medium tu curris iter: dans ſolus amicam
Temperiem ſuperis compellens: atque cohercens
Sydera ſacra deum: cum legem curſibus addis.
Hinc eſt ꝙ quarto ius eſt decurrere circo:
Vt tibi perfecta numerus ratione probetur:
Nonne hac principio geminum tu das tetrachordum?
Solem te Latium uocitat: ꝙ ſolus honore
Poſt patrem ſis lucis apex: radiiſque ſacratum
Bis ſenis perhibent caput aurea lumina ferre:
Quod totidem menſes: totidem ꝙ conficis horas
Quatuor alipedes dicunt te flectere habenis.
Quod ſolus domites: quam dant elementa Quadrigam.
Nam tenebras prohibens retegis quod cerula lucet:
Hinc phœbum perhibent prodentem occulta futuri:
Vel quia diſſoluis nocturna admiſſa Iſæum
Te Serapim Nilus: Memphis ueneratur Oſirim.
Diſſona ſacra mitram: Ditemque: ferumque Typhonem
Atys pulcher idem: curui & Puer almus aratri.
Ammon & arentis Libies: ac Biblius Adon.
Sic uario cunctus te nomine conuocat orbis.
Salue uera deum facies: uultuſque paternæ
Octo & ſexcentis numeriſ: cui littera trina
Conformat ſacrum nomen cognomine: & omen
Da pater æthæreos mentis conſcendere cœtus:
Aſtrigerumque ſacro ſub nomine noſcere cælum.

His audita Deoꝝ ſedes iuſſa ē permeare. Veꝝ Hemitonio ſuble
uatā Pyrois circulus immoratur. In quo Iouis fuerat maximus fi

liorū. Ex quo circulo uiſus Pyr Phlegeton amnis ad infera demea
re: quo trāſgreſſo: neq;.n. labor fuerat: Hemitōii interiecta trāſcur
rere. in Iouialis ſyderis peruenere fulgores. cuius circulus Phthon
gio perſonabat. Illic ſydus erat tēperamēti uiuifici: ac ſalubris efful
gentia: blādiſq; uibrata cādoribus. Cuius quidem lucis natura ex
calidis: humidiſq; commixtionibus candens: quadam proſperitatiſ
tranquillitate rutilabat. Verū ibi ſydus Iouis, Nā ipſe totius mun
di mēbra colluſtrans ad deorum imperium dicebatur: & ſenatum
cælitem commeaſſe. Hunc etiam prætergreſſa circum ac parili iter
iectione ſublimis Deorum rigidiſſimum creatorem in algido hærē
tem: pruiniſq; niualibus conſpicata. Verū idem: quē circuire nite
batur orbis melo Dorio tinniebat. Sed ipſi præſuli nunc Dracōis fa
cies: nunc rictus Leōis: Nūc criſta cū aprinis dētibus uidebantur:
Totoq; exitialis ſæuiebat horrore: Cui tamē poteſtas pro circi grā
ditate maior: ac prælata cæteris hēbatur. Deniq; arpis bōbiſq; per
territa tā intolerāda cōgreſſione Virgo diffugit. Inde maximis co
natibus ſeſqplo itineris euehunt. Nā tono ac dimidio ad ipſius cæle
ſtis ſpæræ globū: ac laqueatū ſtellis ambitū peruēitur. Sicq; ſex to
norum cōſcēſionibus & ſtadioꝝ defeſſa laſſitudine fatigati. Cum
Diapaſon Symphoniā: qcquid emēſi erant aduerterent cōſonar per
fectiōe abſolutæ modulationis: poſt labores maximos recreati pau
lulum congerunt. Ipſa quoq; Philologia lectica diſſiliēs: cum im
mēſos luminis campos: æthereæ tranqllitatis uerna conſpiceret. Ac
nunc tot diuerſitates cerneret formaſq; decanoꝝ. Tunc octoginta
quatuor liturgos cælo mirarer aſtare. Videretq; præterea fulgētes
crebroꝝ ſydeꝝ globos: & circuloꝝ alterna illigatiōe texturas. Ipſa
uero quæ ambitū coercet ultimū: ſpærā miris raptibus incitata: po
loſq; & axem ex cæli ſummitate uibratū profundā tranſmear terra:
atq; ab ipſo totā cæli molē machināq; torqueri tanti operis: tātæq;
rōnis patrē: deūq; nō ſciēs ab ipſa ēt deoꝝ noticia receſſiſſe. Quoniā
extra mūdanas btitudines eū trāſcēdiſſe cognouerat: empyrio quo
dam intellectualiq; mundo gaudentē. Iuxta ipſum extimi ambit'
muꝝ annixa genibus: ac tota mētis acie coartata diu ſilētio depreca
tur. Veterumq; ritu uocabula quædā uoce mētis inclamans: ſecū
dum diſſonas natiōes numeris uaria ſono ignota iugatis: alternatiſ
q; litteris inſpirata. ueneraturq; uerbis intellectualis mundi præſu
les deos: Eorumq; miniſtros ſenſibilis ſpæræ poteſtatibus ueneran

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dos. Vniuerſumq; totum infinibilis patris ꝓfunditate coercitum. Poſcitq; quoſdã tres deos: alioſq; diei. noctiſq; ſeptio radiatos quãdam etiã fontanã Virginem deprecatur. Secundũ Platonis quoque myſteria ἀπαξδῖς ευσια ptátes. His diutiſſime florẽ ignis atq; illã exiſtentẽ ex non exiſtẽtibus ueritatem toto pectore deprecata. tũ uiſa ſecernere ἀπο θεῶσιν ſacraq; meruiſſe. Quippe quidam candores lactei fluminis tractu ſtellis etiã micantibus defluebant. Lætabunda igit: grateſq; teſtata iter in Galaxeum flectit ubi Senatum deum a Ioue nouerat cõgregatum. Erat autẽ ibi Iouialis Domus: quæ & granditate mira mundanum ambitum poſſideret: & decorẽ cõſpicuo fulgorẽ ſyderũ uinceret. & nouitate ſitus ſigniferũ circulum decuſaret. Præterea tãto ſplendore renidebat: ut argenti crederet fabricata materia. Ibi ſapta cadentia: culmenq; ſaptatum limbis niualib9 albicabant. Vbi iam Iupiter cum Iunone oibuſq; Diuiſ i ſuggeſtu maximo: ac ſubſelliis lacteis reſidens ſponſales præſtolatur aduentus: qui ſimul Muſarũ uoces: ac diſſonis mela dulcia cãtilenis Virgine adueniẽte percepit. Priore loco præcepit uẽire Cyllenium: Cum quo Liber & Delius fidi amantiſſimiq; Germãi: Hercules etiã uterq; Caſtorũ: Gradiuuſq;. & quicquid deorũ de Ioue progenitum ẽ: Cyllenii adhærebat officio. Elementorũ quoq; præſides: angeliciq; populi pulcherrima multitudo: animæq; præterea beatorũ ueterũ: Quæ iam cæli templa meruerant: greſſus Maiugenæ ſequebantur. Linum: Homerum: Mantuanumq; Vatẽ redimitos canenteſq; cõſpiceres: Orpheum atq; Ariſtoxenum fidibus perſonãtes. Platonẽ Archimedemq; ſpæras aureas deuoluentes. Ardebat Heraclytus. Vdus Thales: cir cũfuſus athomis Democritus uidebat. Samius Pythagoras cæleſtes quoſdã nũeros replicabat. Ariſtoteles per cæli quæq; culmina Endelechiam ſcrupuloſius requirebat. Epicurus uero mixtas uiolis roſas: & totas apportabat illecebras uoluptatũ. Zeno ducebat fœminam prouidentem. Archeſilas collum intuens colũbinum. Multuſq; præterea palliatorum populus ſtudiis diſcrepantibus diſſonabat. Qui qdem oẽs inter Muſarũ carmina concinentium audiri: licet perſtreperent nullo potuere rabulatu. Veniẽte igitur: introgreſſoq; Cyllẽio: omnis ille deorũ ſenatus uenerat9 uerticem ingrediẽtis exurgit. Ipſe Iupiter eũ propter ſuum conſeſſum Pallade a dextra ſociata mediũ collocauit. Nec lõgo interiectu ipſa quoq; Philologia ambita Muſis ac matre præambula corrogatur.

Plato
Linus
Homerus
Virgilius
Orpheus
Aristoxen9
Plato
Archimedes
Heraclitus
Thales
Democritus
Pythagoras
Aristoteles
Epicurus
Zeno
Arcesilas
Endelechia
rabulatu

Qui ingrediẽte. ac Veſtæ deum nutrici: eidẽque pediſſequæ acerrã illa Olacem aromatis refundẽte ois ille ordo cælicolũ portiones ſibi cõpetẽtes attribuẽs Arabicis lætabatur halatibus. Verũ Virgo ut eſt per omnia uerecunda: lȝ a Ioue eius aſſidere confinio iuberetur. Tamẽ ibi potius uoluit: ubi muſas cõſpexerat: admota Palladis cõſortione reſidere. Tunc exurgẽs Virginis mater poſcit de Ioue: ſuperiſq; cunctis: uti ſub conſpectu oium: quicqd ſponſaliũ noie præparauerat Maiugena: traderetur ac demũ dos a Virgine nõ deeſſet. Tuncq; tabulas ac Papiam: Põpeiamq; Legem ſineret recitari. Cuius petitioni iuſtiſſimæ Deorum ſenatus attribuit: ut in conſeſſu cælitum offerenda probarentur. Hinc Phœbus exurgit fratris officium non detrectãs: ac ſingulas ex famulicio: delectuque Cyllenio incipit admouẽre: quæ tã pulchræ cunctis quã ornatiſſimæ refulſere.

Acerra
Olacem
Papia Pompeia Lex
Famulicio

Tranſcurſa lector parte magna fabula,
Quæ tam moroſis implicata ductibus
Tenui lucernam palpitare lumine
Coegit inſtanſ innitens crepuſculum:
Ac in roſetis purpuraret culmina
Aurora primo conuenuſtans habitu
Surgens feneſtras diſſecaret lumine:
Adhuc iugata compararet pagina,
Quocunque ducta longiorem circulum.
Nunc ergo mithos terminatur, infiunt
Artes libelli: qui ſequentes aſſerent.
Nam fruge uera omne fictum dimouent:
Et diſciplinas annotabunt ſobrias
Pro parte multa: nec uetabunt ludicra.
Habes quid inſtet: ſi poteſtas cælitum
Faueantque muſæ & Chelis Latoia.

Explicit Secundus
eiuſdem .M.F.C.
Carthaginenſis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

EIVSDEM LIBER TERTIVS DE ARTE GRAMMATICA.

Vrſum camœna paruo
Phaleras parat libello:
Et uult amica fictis
Commenta ferre primum:
Memorans frigente uero
Nil poſſe comere uſum:
Vitioque dat poetæ.
Infracta ferre certa:
Laſciua dans lepori:
Et paginam uenuſtans
Multo illitam colore.
At quin prioris ille
Titulus monet libelli
Mithos ab ore pulſans?
Arteſque uera fanteſ
Voluminum ſequentium
Præcepta comparare.
Ad hæc iocante rictu:
Nil mentiamur inquit:
Et ueſtiantur artes.
An tu gregem ſororum
Nondum dabis iugandis.
Et ſic petent notandis
In cælitum ſenatum.
Aut ſi tacere cultum
Placet: ordo quis probatur.
Certe loquentur illæ:
Quicquid erat docendum
Habituſque conſequentur
Aſomato in profatu.
Hæc nempe ficta uox eſt
Et deuius promiſſi es:
Cur ergo non fateris
Ni figminis figura
Nil poſſe comparari.
His me camœna uicit:
Fugis: iugabo ludum.

Dmouerat igitur Latoides unam de priori loco Mercurialium miniſtrarum: ætate quidem longæuam: Sed Comitate blandiſſimam: Quæ ſe in Memphide ortam: Rege adhuc Oſire memorabat: diuque obtectam latibulis ab ipſo repertam: educatamque Cyllenio. Quæ fœmina: licet in Actica ubi maiore æui parte floruerat: ſe aſſereret incedere palliatam: tamen ritu Romuleo: propter Latiale Numen: & olim caput: propterque Martiam gentem: Veneriſque Propaginem: Senatum deum ingreſſa eſt Penulata. Geſtabat hæc autem Teres quoddam ex compactis annexionibus Ferculum: quod leui exterius Elephanto praniteb at: Vnde uelut medendi ſollers magiſtra curandorũ uulnerum inſignia proferebat. Nã ex eodẽ ſcalprũ primo uibrãti demõſtrabat

Latoides

Palliata

Penulata

ferculum · uulgo eſtu che

Scalprum

acumine: Quo dicebat circuncidi infantibus uitia poſſe linguarũ. Dehincque nigello quodam puluere: qui ex fauilla confectus: uel ſæpia putaretur illato per cãnulas eadem reſanari. Tunc etiã quoddam medicamen acerrimum: quod ex ferulæ flore: caprigeniq; tergoris reſectione confecerat: rubri admodu; coloris exprõpſit: quod monebat faucibus admouendum. cum indocta ruſticitate uexatæ fœtidos ructus uitioſi oris exhalant. Demonſtrabat etiam quendam gratiſſimum guſtum Veſperæ multo oliuoque laboratum. Quo depulſa uocis inſuauiſſimæ diritate canoros etiam fieri poſſe memorabat. Arterias etiam pectuſque cuiuſdam Medicaminis adhibitione gargarizando purgabat. In quo & cæra fago illita: & gallarum gummeoſque commixtio: & Niloticæ frutticis Collemmata notabantur. Quæ uis Epithematis: l; memoriam: intentionemque procuraret. Tamen natura ſui etiam uigilias inferebat.

Protulit quoq; Limã quandam artificialiter expolita;: qua octo partibus auratis: uelut diuerſis nexionibus interſtincta uibrabat: ex qua ſcabros dentes: uitiligineſque linguarum & ſordes: quas in ſolo e quadam Ciuitate contraxerant: leui ſenſim attritione purgabat. Hæc abſtruſa noſſe carmina: numeroſq; multifidos crebræ ſupputationis opere putabatur. Deniq; quotiẽs curandos accæperat. Mos eius erat de Nomine primo tractare: Caſu ſ etiam non tacebat quanti uel uitia creare poſſent: uel prudẽtiſſime declinari. Tunc genera rer: uerba etiã curãdor cũ rõne captabat: ne ut fieri ab ægrotãtibus moris ẽ nomẽ pro nomine cõmutarent. Tum Verboru; Modos: Tẽpora: Figuraſq;: & Schẽmata reqrebat. Iubebatq; alios: qs plenitudo obtuſior: atque immobilis torpor inſederat gradus percurrere: ſcandereque q̃ plurimum operum: Præpoſitionibus: aut Coniunctionibus: aut Participatis inſiſtere: totaque curandos arte fatigari. Hanc igit fœminã tali multor curatione callentẽ: cu; Deorũ nonnulli Iatricem. Alii Genethliacẽ diuerſis rer operibus æſtimarent. adderetur q; Fidei medẽdi Sollertia: ꝙ eam opitulari poſſe oris uitiis: nec Pallas denegaret: nec ipſe Maiugena. Incõſentat eum tamẽ uidebatur incedere Medicam penulatam. Iccircoq; ab ea & nomen & officiũ ſuum: ac totius expoſitio artis exquiritur. Tunc illa: ut familiare habebat: exponere percunctata ac docere: facile quæ ab eadem quærebantur: Penula a dextra cum modeſtia: uerecũdiaque reuelata: ſic cœpit.

Gargarizando

Colemata forte à κολάω ῶ ·

Vitiligines

Soloe · V ·

Participatis · i · percipijs

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Γραμματική dicor in Græcia: ꝙ γραμμή linea: & γράμματα lit
teræ nuncupentur. Mihiq; ſit attributū litterarum formas ꝓpriis du
ctib⁹ linearū. Hicq; mihi Romul⁹ lr̄aturæ nomē aſcripſit: quis ſtātē
me lr̄ationē uoluerit nūcupare. Sicut apud græcos γραμματική
primitus uocitabar. Tunc & antiſtitem dedit: & ſectatores impube
res aggregauit. Itaq; aſſertor noſtri nunc litteratus dicitur: littera
tor antea uocabat. Hoc etiā Catullus qdem non inſuauis poeta cō
memorat dicens. Munus dat tibi Sylla litterator. Idem apud græcos
γραμματοδιδάσκαλος uocitatur.

Quid ſit officium Grammaticæ.

Officium uero meū tunc fuerat docte ſcribere: legereq;. Nunc
etiam illud acceſſit: ut meum ſit erudite intelligere probareq;: Quæ
duo mihi uel cū philoſophis criticiſque uidentur eē comunia. Ergo
iſtorum quatuor duo actiua dicenda ſunt: Duo ſpectatiua. Siquidē
impendimus actionē: cum quid conſcribimus: legimuſ ue. Sequē
tium uero ſpectaculo detinemur: cum ſcripta intelligimus: aut ꝓba
mus: & ſ; inter ſe quadā cognatione coniuncta ſint: Sicut cæteris ar
tibus comprobatur. Nam & actor cognoſcit primo: quæ ualeat acti
tarī. & Aſtronomuſ quædā facit: ut per ea cognoſcat: quæ debeat cō
probarī. Promittit etiā utrunq; Geometres. Quippe formas theore
matum cum rationibus certis efficit: & cognoſcit.

Quot ſint partes eius.

Partes āt meæ ſunt quatūor. litteræ: litteratura: litteratus: litte
rate. Litteræ ſunt quas doceo. Litteratura ipſa quæ doceo. Lr̄at⁹:
quē docuero. Lr̄ate quod perite tractauerit: quē informo. Profite
or āt de orōnis natura: uſuq; tractare. Natura ē ex qbus formetur
orō. Vſus: cū eadē utimur: appellat̄. His etiā materies admouet̄:
ut de qua re dicendum ſit: exiſtimemus. Oratio uero ipſa tribus
gradibuſ eruditur: ideſt ex litteris: ſyllabis & uerbis.

De natura litterarum.

Verum in litteris gemina quæſtio diuerſatur. Nanque aut na
turales ſunt: aut effectæ. Natura enim inſinuante: earum nomina
in loquendi ſubſtantiam procreat: Artificioſa uero formatio earū
lineas: quas ſcribimus: deſignauit. Ad hoc ut præſentes una: uti
abſentes alia potuiſſent. Atq; ita ex hac parte: qua ſcribit̄ mutæ: Ex
illa qua legit̄: uocales ſūt appellatæ. Siqdē hæc auribꝰ tātū. Illa ſoliſ
oculis ualeat cōprehēdi. Lr̄æ igr̄ aliæ ſūt: quæ per ſe efficer̄ totū ua

Grammatica unde dicitur
litteratura
litteratio
γραμματιστική
Litteratus
Litterator
Catullus
Sylla
Grammatici officium p⁹ & poſtea
Philoſophi
Critici
Partes grā
Natura
Vſus
Materies

leant: aliæ: quæ nihil.

Nam uocales: quas græci. vii. Romulus. vi. uſus poſterior qui
q; cōmeōrat. y. uelut græca reiecta. Hæ tamē i Latio nūc produci:
nunc contrahi: nunc acui: nunc grauari: uel etiam circūflecti. Nūc
aggregari: nunc diſtrahi ſine iactura ſui nominis poſſunt. Modo
ſolæ ſyllabas formant. Nunc conſonantes utrinq; ſuſcipiunt: uoca
leſq; nonnullæ modo ſe inuicem mutant: nuper ſibi cum decorē ſuc
cedunt. Quippe. A. plerunque in. e. tranſuertitur. Nam capio ce
pi facit. Nunc in. I. ut ſalio inſilio. Nōc in. o. ut plauſtro ploſtro.
Vel in. V. ut arca arcula. Item. E. littera in primum. A. reforma
tur: ut ſero ſatum. uel in. I. ut moneo monitus: Vel in. O: ut a tegē
do toga. Vel in. u. ut a tego tugurium. Similiter. I. quoq; uoca
lis in. A. conuertitur: ut ſiquis ſiqua. In. E. ut fortis forte. In. O.
qui quo. In. V. ut ibi ubi. Non aliter. O. littera in. A. tranſit: ut
creo creaui: Vel in. E. ut tutor tutela. Vel in. I. ut uirgo uirginis.
Vel in. u. ut uolo uolui. Item. u. ſimili ratione conuertitur in. a.
ut magnus magna. In. e. ut ſydus ſyderis. In. i. ut telum teli. In. O.
ut lepus poris. Sic igit̄ transformatæ nunc utrinq; poterunt copula
ri. Nūc ex altero: nūc ex neu tro. nunc aliquas partes orationis ter
minant. nuncque nullas.

Quod uocaleſ utrinq; aliquando copulantur.

Nam. a. primum utrinq; ſibi aſſociat. u. &. i. lr̄as: Nam & aurū
dicimus: & uarus: & ianus & aiax. Ex uno autem latere ſuſcipit. e.
ut æneas. Ex neutro uero. a finit fœminina noīa: ut Dea; maſculi
na: ut iugurta. Neutra in ſingulari nūero tantū græca: ut toreuma
peripetaſma. In plurali autem latina: ut monilia. In uerbis imperan
di modi: ut canta. ſalta.

E autem uocalis duarum græcarum lr̄arū uim poſſidet. Nam cum
corripitur. e. græcum ē: ut ab hoc hoſte. Cum producitur. η. eſt.
ut ab hac die. Ac maxime tunc circumflexum accentum tenet. Hæc
duas uocales: ideſt. i. &. u. ex latere utroque complectitur: ut in eu
ro: ueientano: & in eia iecore. Finit uero neutra nomina: ut moni
le. Fœminina etiā: Sed græca: ut Calliope. Pronomina: ut ille: iſte.
Numerum etiam totius generis: ut quinq;: ſ; aptoton ſit. Itē. e. uer
ba imperatiui modi: ut ſede curre: Modi infinitiui ſcribere: ſcripſiſ
ſe. I. uero littera cunctis utrinq; uocalibuſ ſociatur. Nam. A.
complectitur: cum dicimus ianuarie & Aiax. E. autem: ut tene

Vocales quot
A
E
I
O
V
A
E. duarū græcarum litterarum uim poſſid[et] ſ. ε & η nota
E. cum producitur circumflexum accentū h[abet]
I

at:docuerunt exempla ſuperius demonſtrata. O. autem litteræ copulatur in nomine Iouis: & Oinone: Oiſus etiam dicitur. Sic enim ueteres uſum dixere. V. autem in iuuando: & Vita. hæc aliquando uocalis geminã ſyllabam facit. Finitq; oium generũ nomen: ut frugi. numerum itidem omnium generꝝ. ut uiginti. Item uerba modi indicatiui: ut noui: memini. Imperatiui: iali: ueni. Infiniti: iaculari: luctari.

O

ſO uerolr̃a: q̃bus uocalibus: qua uero ex parte cohæreat: ſuperius mẽoratũ. Finit aũt noia maſculina: ut Cato. Fœminina: ut Iuno. Numerꝝ omniũ generꝝ: ut octo. Item uerba actiua: canto: laudo. Modi imperatiui tantũmodo inuenitur: ut cedo. Aduerbiũ: ut ſubito. Præpoſitionem: ut pro.

V.

V. autem littera uocalibus omnibus utrinq; coit præter. O. antelatum. Sola etiam. V. ſui generis litteram non geminat: ſed cõiungit: ut uulgus uulcanus. Finit articulos: ut tu. Nomia neutra: ut cornu: genu. nullum autem uerbum claudit.

De SEMIVOCALIBVS.

Actenus de uocalibus. Non enim uocales aſtruere: ſed oẽs litteras ſum iuſſa monſtrare: Vꝝ reliquas: quæ ſequũtur: cõſonantes eẽ non dubiũ ẽ: Quæ itẽ diſcernũtur in ſemiuocales & Mutas: Quarꝝ exequar rationem. ſQuippe. F. littera: quæ eſt Semiuocalium prima: duas tantũmmodo conſonantes prælata complectitur. L. &. R. ut dicimus flauus & frugi: uocales uero cõplectitur: ita ut. I. &. V. uocales ſibi præferri prohibeat: nullũ autem claudit finitiua ſermonem. ſL. uero littera tripliciter ſonat: Nam exilem ſonum reddit: cuʒ geminatur: ut ſollers Salluſtiꝰ. Medium autem cum terminat nomina: ut ſol ſal. Item leniter ſonat: cũ uocales anteuenit: ut lapis: lepus: liber: locus: lucerna. Plenum uero ſonum habet: cum ei præferũtur litteræ. P. G. C. F. ut ĩ Plauto. Glebis Claudio: Flauo. L. autem nunq̃ ulli ſemiuocali: uel Mutæ præponitur. Quæ pro. D. in præpoſitione accipitur: cum &. A. præfertur: ut allidit: alligat. Hæc auteʒ prælata præpoſitione ſeruatur: ut illepidus: illotus: Vtrinq; auteʒ uocales amplectitur: & nomina nõnulla determinat in maſculĩo Sol. in fœminino Tanaquil. in neutro. A. E. I. præcedentibus: ut bidental: mel: ſil. Aduerbia ẽt claudit: ut ſemel. ſM. uero littera tam in ſermonis initio: q̃ in medio eſſe: & in ultimis poteſt: ut mores: umbra: triticum. Ex conſo

ſpēs qualitatis Tranſlatio noiatur. Itē cauere debemus:ne intēda
mus auditoris officium:& ſola ſtatus qualitas fiat. Nam q cām co/
gnoſcit:propoſitum hēt efficere aliqd.i.aut damnar̄ aliquē:aut ab
ſoluere. De generibus auditorum & cauſarum.

Auditoris autē ſunt tria genera. Vnum eius:q ſm̄ æquitatē ali
quid ſtatuit:& is ē perpenſe iudex. Aliud eius:q honeſtate uel uti
litate incerta dubius alienæ ſniæ perſuaſionē inexplicabilis delibera
tor expectat. Tertium genus eius eſt: qui facti honeſtatem:uel
turpitudinē libera extimatione perpēdit:hunc Extimatorē cōuēit

Causarū genera

nominari. Hæc igr̄ ſunt tria cāꝝ genera:quæ hypotheſi conti/
nentur.i.Iudiciale. Deliberatiuū:& Demonſtratiuū. Sed cum oēs

Iudiciale
Deliberatiuū
Demonstratiuū

prædictarum reꝝ auditores dubitatio ſui deducat officii:quærēdu;
diſcrimen ē:& ꝓprietas ſingulorum. Nam & iudex:cuius officium
ē damnare reum:uel abſoluer̄:Poſſeſſionē dare:uel auferr̄: priuſq̄
cognouerit cām:dubitat quo modo utatur officio. Et q deliberat:
ambigua mētis opīone differtur. Et laudationis arbiter: an rite qs
laudet:extimanti contēplatione diſpēſat. Sed cum in diuerſum
hæc diſtrahant officia:tunc illud maxime diſcrimē attēdim⁹:Quē/
admodum tēporibus uarientur. Nam deliberatio futuri tantū tem
poris cōtinet quæſtionem:ut ſi deliberet Cato:an ſe debeat: ne uicto
rem aſpiciat Cæſarem/trucidare. At uero Iudiciale genus tā præ
teriti q̄ futuri non nunq̄ temporis inuenit. Sed in ptō tātu; de facto
coniectura:Ex futuro qualitas frequenter innaſcit:ut ſuo loco ꝑm
ptius aſſeretur. Laudatiuū etiam genus in præteritis factis oē con
ſiſtit:S; a Iudiciali gener̄ fine diſcernitur. Nam aliud eſt abſoluere
innocentem æquitatis imperio:aliud laudibus proſeq glorioſu; in
ſignium cōtemplatiōe meritorū. Accedit/ꝙ in Iudiciali gener̄ am
bigit cognitor in rebus alienis. In Deliberatiuo uero qſq; tā de ſuis
q̄ etiam de rebus externis. In laudatiuo æſtimator auſcultat uera:
congruaq;:quæ memorent:l; nouella:etiā id contulerint blādimē/
ta:ut ſuæ prædicationis fiat arbiter:qui laudatur. Ergo oportet
attentius intueri:ne ea:quæ auditoris officiū habuerit: interdam⁹:
Vt ſi Verri:ꝙ damnandus ſit:edicatur. Ille quippe ſe dānandū nō
eſſe reſpōdet:& utrū dānandus ſit/ſola qualitas apparebit. Igitur a
facti obiectiōe naſcitur intentio:ut ſi eidem dicas. Sicilia; ſpoliaſti:
reſponſuro nō feci:coniectura cōponitur. Stultum qppe ē id: quod

in arbitrio manet iudicis. aut certe facti nomē:non ipſum crimen in
tendere. Cauendū æque:ne cu; lex ulla:uel ſcriptura in cā tractat:
intētio ſummatur ex lege. Vt ſi dicas. Lex te muꝝ uetabat aſcender̄
peregrinū. Sed illud potius dicēdum:Murū aſcēdiſti:ut ſi negaue/
rit:nō ſit pugna de lege:ſed de facto:cui accedit lex. Si cōfeſſus ex fa
cto:tunc cōtra legē feciſſe uideat. Cæteꝝ ſi negato facto fuerit lex:
uel quæuis ſcriptura recitata:ſuperflua uidebit cōtentio:quādo nō
iuris:ſed ueritatis altercatio cōtineat qōnem. Hoc uitio plerique fal
ſi ſunt. Sed & præter illos tres:quos ſtat⁹ aſſerui:alios quatuor:uel
qnq; deſcripti qualitate manātes eē dixerunt:qui l; ſuas in diuiſiōe
cauſæ partes obtineat:tamē nunq̄ principali loco naſcunt:quia niſi
fuerit:quod ꝓbet:nēo ad probādu; recitat legē:ut aliquam ſcripti

Status ex primo conflictu semper nascitur.

formam. Id autē quod ꝓbatur ſtatus ē:qui ex primo cōflictu ſem/
per exiſtit. Cæteræ qōnes cōtrouerſiæ uel incidētes ſunt perhibēdæ.

Quo modo Status facile inueniatur.

Sic igr̄ inueniēdi ſtatus facilis erit rō:cū neq; nomē admiſſi:neq;
auditoris officiū:neq; legē:aut ſcriptum aliquod intētiōis loco po
terit obiici. Itaq; talis ē intētio. Hominē occidiſti. Depulſio:nō oc/
cidi. Quæſtio ex his orit:an occiderit:in quo ſtatu erit cōiectura.

Questio
Qualitas

Sed cū intētioni ius facti oppoſuerit reus:fit qualitas: ut a Milone
non factū negatur:Sed de facti iure cōtentio eſt. Occidiſſe.n.ſe fate
batur Clodiū:ſed iure feciſſe. Huic Depulſiōi ſubiicit rō. Quæ nō
una ſimplex ue ſit. Nam pōt unum atq; idē factū ꝓpter uarias cās
uideri ꝓbabile:ut hoc idē:ꝙ inſidiatorē occiderat Milo:una rō fu/
it. Alia ꝙ hoſtē Reipu.& tyrānidis affectāe ſuccēſum ſe intereműſ
ſe mēorabat. In qbus aſſertis fit qdem qualitas. Sed diuerſæ ſpēs ei⁹

Qualitatis diuersæ species

erūpunt. Nā prima relatiua:altera cōparatiua qualitas fulget. ꝙ ſi
intētioni nō ius facti:Sed negō nois opponat:q̄uis negō depulſiōis
uice dicat:tamē non faciet coniecturā:qa non factū:ſed nomen fa/
cti deſtruit: Vt in hoc adulterii actio ſit. Cum repudiata uxore:
ſtupratorē:qui repudiauerat/maritus inuēit:accuſat adulterii. Re
us cōtradicit:nec factum negat: Sed adulterii nomen excludit. Et
quæritur quid ſit adulterium:quod ē diffinitiuæ controuerſiæ. Igi

Diffinitiua cōtrouersia

tur coniectura ipſius facti negō eſt finis non admiſſi:ſed nois. Iccir
co; etiam depulſio īgeſti crimis:quia cum facto aliud nomē im/
ponitur īminens:obiecto crimini periculum denegatur. Vt in hoc
obiectu. Pocula tēpli e ſacerdotis domo furatus es:ſacrilegium feci

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſti. Repellit: pocula quidem abſtuli: Sed quia de domo nõ de templo furtũ non ſacrilegium nuncupãdũ. In quo etiã facti alta quædam uidet eẽ negõ. Non. n. hoc ad deorꝝ iniuriã ſpectat admiſſum: ſed ad diſpendiũ ſacerdotis. cu; de domo pocula ſubtrahantur. Hic utraq; factũ diffõne tractandũ: ideſt & quid ſit ſacrilegium: & quid furtum. Qualitas eſt cum qualis ſit quæritur.

Nunc de Qualitate dicẽdum: cuius multiplex natura diuiſionẽ partiũ primo deſiderat: ut ea decurſa ſingularũ proprietas explicetur. Qualitas igr̃ aut de re: aut de actiõe ẽ. De re: cũ eius facti: qđ in iudiciũ uẽit: rõ cauſaue tractat: uel cum qđ fieri oporteat: diſceptatur: Vt an iure Clodiũ Milo iugulauerit. Vel an dom⁹ Tullio reſtituenda fuerit. De actõe aũt cum quæritur: an admittenda ſit actio: & iudiciũ faciendũ: Quæ pars: quoniã iuris æqtate perpẽdit: recte eam in ſpẽs qualitatis ſubtilius aggregãus. Aliã autẽ: quam Hermagoras quaſi cõſtitutionẽ noua: aut qualitatẽ diſtinguere: & tranſlationẽ uel perſcriptionẽ uocat̃ maluerat. Sed hæc poſterius: qualitas ut futuri tẽporis æſtimata: ita & præteriti Iuridicialis: Futuri negocialiſ. Qualitas in utroq; iuris aſſertio eſt: in Iuridiciali naturæ: in negociali legis aut cõſuetudinis aſſerta uerſant̃. Iuridicialis aũt diuidit̃ in abſolutã: & aſſumptiuam. Abſoluta ẽ: quæ factum ipſum ſui natura & iure defendit. Aſſumptiua: quæ cũ in fcõ ipſo nihil ꝓbabile reperiat: confugit ad ipſam cãm: eãq; iuſtã: ut facere deberet allegat. Vt cũ Milo non pot dicere hoiem licuiſſe iugulare: cãm occidendi aſtruxit inſidias Clodianas. Illic aſſũptiue nomen accepit: Quia cũ abſolute factum tueri non poſſit: cõfugit ad cãs. Hæc igr aſſumptiua partes hẽt quattuor. Relationẽ: Remotionẽ: Comparationẽ: Conceſſionẽ. Relatio ẽ: cum de facto confeſſo culpã in eu: qui pertulit: refert: Vt in Clodiũ Milo. Oreſtes in matrẽ. Oratius in ſororẽ: Qui iccirco a ſe perhibuit iugulatam: quia eius prouocatus iniuria: in facinuſ ſit coactus. Remotio ẽ: cũ obiectũ crimen in alterꝫ: uel in aliud ab eo: q̃ percellit: rẽouet̃ in aliũ: Vt Tiberius gracchus in Mancinũ: qui auctor faciendi foederis fuit: quod tã ſenatus q̃ populus improbarat. Itẽ in tali cã legat⁹ niſi intra. xxx. dies profectus erit: capite puniat̃. Quæſtor ſumptu; legato non dedit. tempus emenſum ẽ. Accuſatus contradicit: & crimen obiectũ remouet in quæſtorẽ. In aliud aũt remouet: ſi morbo tardatus: in infortuniũ ſuum cãm remoueat tarditatis. Remouet̃

Qualitas

Hermagoras

Iuridicialis ptes

Abſoluta

Aſſumptiua

Aſſumptiuę ptes

Relatio

Remotio

Comparatio

Conceſſio

uero aut ipſum factum: ſi ad alterius attinuiſſe dicitur poteſtatem: aut cauſa: Si alterius uitio quid accidiſſe dicat̃. Comparatio eſt: quam compẽſationem noui a poſterioribus perhiberi. Non cu; crimini beneficium alterius tẽporis ſubrogatur: ſed cum factum iure defenditur: ut ex eo aliqđ cõmodi ſequeret̃. Nam ſi meritũ alterius tẽporis uelut in cõpenſationis gratiam mẽoratur: ad deprecatiuam potius admouẽdum ẽ qualitatẽ: quæ ueniali ſpẽ continet̃. Hæc uero rite ſe feciſſe contẽdit: ut Verris illa reſponſio. Magno inquit de cumas uẽdidi: Quod factu; compẽſat utilitate beneficii. In hac qppe parte facti confeſſio ẽ: ſ; imanitatem obiectionis excludit allegatio promerendi. At in illa criminis factiq; una confeſſio eſt. Sed aut ab animo ſeparatur: aut purgatione ceſſante ad humanitatis miſerãdi reſpirat. Verum hæc qualitas uenialis in bina aſſerta diſcernitur. In purgationẽ & deprecationẽ. Nam purgatio ẽ cum confeſſo facinore aium uoluntateq; purgamus. Cuius modos tres eẽ non dubium. i. Imprudẽtiam: caſum: neceſſitatẽ. Imprudẽtia eſt: cũ a uoto ſciẽtiaq; noſtra aliquid dimouemus: ut qdam in uenando iaculum intorſit in belluã: & hominẽ deliteſcẽtẽ retibus interemit: Quæ pars error dr̃: atq; ei ſubdunt̃. Ignoratio: Vinolentia: Obliuio: Fatuitas: Dementia: cæteraq;: quæ errorem admittentis excuſant. Caſus uero culpam euẽtus exonerat: Vt qui cum uictimis ad diem ſacrum non occurrerit fluminis incremẽtis. Scelus autem neceſſitate commiſit: qui præcepto Duciſ inſontem hominem iugulauit. Inter quos modos hoc intereſt: quod imprudẽtia fallit. Caſus prohibet. Neceſſitas cogit. Deprecatio aũt nihil cauſatiõis aſſociat: ſed in exorandi humilitatẽ: preceſq; ſuſpirat. Cæteras qões: quas ſtatus dicunt incidentes aduertant: qui talium didicerunt. Sicut interius demonſtrationem formet primæ uocis ingeſtio. Plerũq;. n. ſecũda ui intentionis incutiet: ut in hoc Viro forti præmium: quod uolet q fortiter fecit: petit præmium nuptias uxoris alienæ. In quo qui petit præmium: quia nullum putat e diuerſo: nihil intẽdit: ſed marit⁹ cõtradictor intendit: l; ſecundo loco uideat̃ aſſurgere. Cui per depulſionẽ uir fortis obſtabit: tanq̃ petitionẽ præmii: quod popoſcerat accuſati præmium iuſtum eſſe contendens: tanq̃ ſi factum aliquod iure tueretur. Item qõnes legales: quas tanq̃ ſtatus cauſis incidere memoraui principalium qõnum intentĩe: uel depulſione non eadẽ regula percenſent̃. Quippe quæ in ſecũda conflictatione prorũpũt.

Comparatio

Compẽſatio

Deprecatiua ql

Venialis ſpeci

Venialis q̃lita

Purgatio

Deprecati

Purgatiois ſp

Imprudẽtia

Caſus

Neceſſitas

Queſtiones i. ſtatus incidentes

Queſtiones legales

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nam prima qualitati tribuitur. Igr̃ illa intentionis ac depulſionis
regula in qualitatis prædicta parte turbatur.

De Examinatione: ideſt Iudiciali genere.

[τὸ κρινόμενον]

Nunc τὸ κρινόμενον: quod græci dicũt: cõſequenter aſſumimã.
Nam cũ intentio & depulſio ſtatũ conſtitutionẽq; ſignaret: Si con/
iectura fuerit Iudicationi præbebit pariter rõnem. Neq;.n.ẽ: quod
poſſit ponderari iudicio niſi ipſa negõ. In qualitate uero: uel ſine
alio loco q̃ ſtatus apparet: neceſſe eſt confeſſa depulſio facti habeat
rõnẽ: Quam item accuſator infirmet. & uelut ſecũdaria quæſtio ꝓ/
creatur per confirmationẽ impugnationẽq; rationis. Hic illud iu
dicabile poſſe uerſari: Idq; eẽ: quod æſtimator iuſti rõne perpẽdat
poſſe in quauis cã & oẽs ſtatus exiſtere. Et multæ rõnes: infirmatio
neſq; numeroſæ: perindeq; iudicationum ſemina copioſa. Cũ unu;
uidel; factũ multiplici ratione defendit: ut Tullius pro Milõe: q̃ i

[Cicero]

ſidiatorẽ: & q̃ hoſtẽ publicæ quietis occiderit. In his igr̃ ille ſtatus
potius apparebit. quẽ orator pro utilitate defenſionis ſumpſerit. Il
la etiam ratio ex oratoriſ plerũq; aſtructione colligit̃. Tuncque ue
lut rationes alii ſtatus emergẽt: ac ſic ad probationes ſcriptura ꝓfer
tur. Hinc Iudicatio legalis oriet̃: Cuius Spẽs ſunt qnq;. Vna eſt:

[Iudicatio legalis in 5 species]

cum ſcripto aliquod: pluraue ambigua continentur: Quæ a græcis
ἀμφιβολογία memoratur: ut ex comunione nois res plerũq; con/

[Amphibologia]

funditur: ut ẽ illud. Quidam taurum legauit: quo noĩe ſuum ha/
buerat admodum precioſum: Veru; illi hæres taurum. hoc eſt bo/
uem dedit: quia fecit nomẽ amphibolum qõnẽ. Itẽ ex nominu; di
ſtinctione per ſyllabã: Vt qui hũerit propinquos duos: unũ Leſiũ
noĩe: aliumq; Mileſium; hæredẽq; conſtituens: Sic locutus ẽ. Hæ/
res eſto mi Leſi: Qua diſtinctiõis ambage certamen exortũ: dũ hæ
res eſto mi: diſtinguit: q Leſius dicebat̃. Alius uero continua no/
minis iugitate Mileſiũ dicit hæredẽ. Sunt idẽ modi: quoſ dialectica
cõprehẽdit aſtructio. Itẽ ſpẽs ſcriptionalis ẽ qõnis: quæ ex uerbis

[Species ſcriptionalis quæſtionis]

& inia ſcriptionis emergit: ut in hoc: Peregrinus murũ ne aſcendat.
Quidam obſeſſa ciuitate conſcẽdit: hoſtemq; deiecit. Arguit̃ hic re
us legis ſentẽtia. Verbis nititur accuſator. Tertiu; quæſtionis ẽ
genus: cum contrariæ leges utrinq; ſecus colliduntur: ut ĩ illo: Mas

[Contrariarũ legũ colliſio]

tẽplũ Cereris ne ingrediat̃. Itẽ: Qui parẽtibus opẽ non tulerit pu
niatur. In tẽplo Cereris uapulanti matri ingreſſus opẽ filius tulit.
Accuſatur. Facit hic conflictũ diuerſitas legum. Quaꝝ interprata

tio collidit̃: ut cui poti' auſcultandũ fuiſſet appareat. Quarta de

[Queſtio de ſcrip... quæ dr̃ ſyllogiſmus in 5 modis]

Scripto qõ eſt: quæ dr̃ Syllogiſmus. Cum ex eo: quod ſcriptum ẽ.
Aliud quoq;: quod non ſcriptum ẽ argumẽtatione colligimus: ut
in hoc. Exulẽ intra fines deprehẽſum liceat occider̃. Quidã inuẽtũ
exulẽ uerberauit: accuſatur: a defenſore colligit̃: quod minus per/
miſſo ſit fieri debuiſſe. Huic inſunt modi quatuor: A ſimili: a cõ

[A ſimili]

ſequẽti: a maiore ad minus: a cõtrario. A ſimili ita: ut qa patris i
terfector culleo inſuit̃: hæc pœna maner̃ debeat matricidam. A cõ

[A conſequenti]

ſequẽti ſic. Tyrannicidæ præmium. Qui ſuaſit tyrãno deponere do
minatum: præmiũ petit. Colligit par eẽ meritũ: qa reddidit liberta/
tem. A Maiore ad min'. Supra dixi.n. Si exulẽ permittit̃ iugular̃:

[A maiore ad min...]

licet ẽt uerberare. A cõtrario: ſi uir fortis meret̃ præmiũ: deſertor di

[A contrario]

gnus ẽ pœna. Finitiua ſupereſt qõ de Scripti ambiguitate dema/
nans. Cum aliquod uerbũ in lege uel teſtamẽto dubium ẽ: & diffõ/

[Queſtio finitiu...]

ne clareſcit: ut nocte cum telo deprehẽſum liceat occider̃: quendam
cum fuſte nocte deprehenſum magiſtratuſ occidit: reus eſt cædis:
lege ſe quidem tuetur: Sed telum qd ſit inquirit: Quod qõnis genuſ
hoc a principalibus differt ſtatibus: qa nõ de facto: unde orta cauſa
tio ẽ: Sed de ſcripti tantũ diffõne diſquirit̃. Diſcutitur igr̃ ab his le

[Incidentes ſtatus]

galibus ſtatus pricipales eẽ diſcretos: & hos incidẽtes dici. Illos aũt
a quibus cã naſcit̃: uel cõſtitutiones: uel ſtatus certius appellari.

De Genere deliberatiuo.

Iam nunc decurſis Cõſtitutiõibus cõtrouerſiaꝝ: deliberatiui &
demõſtratiui generis Statum uideamus. Nam & cauſarũ tria gene
ra eẽ dubium non ẽ: & in omni cã ſtatum debet̃ uerſari: l; in delibe/

[In omni genere cauſe ſtatum verſari nota documentu...]

ratiuo quãdã qualitatem negocialẽ conſiſtere: quod de futuro deli
berat: exiſtĩarint. Tamen ita qualitas plerũq; cẽſenda ẽ: ut alii quo
q; ſtatus huic generi poſſe accidere non negent̃. Nunc ſtatus in tali
bus ita repperiri poſſe firmamus: ut nõ ex intẽtõis depulſiõe: quem
admodũ in cõflictibus mõſtratum ẽ: regulã teneãus. Quid.n. aũt
qs intẽdet uel ordine ſoluto perſuaſor diſſuaſorue cõfligent: cu; al
terũ deligere ĩn aſtructiõibus nõ uetemur: S; tamẽ accuſatoris par
tes diſſuaſor uidet̃ arriper̃. Qui.n. inhoneſtũ uel ĩutile illud: qd' diſ
ſuadet oſtẽdit: ꝑcerto ipſũ uidet̃ accuſar̃ negociu;. Perſuaſor uero
partes arripit defẽſoris: & negocii tractatũ q̃libet obiectiõe cõtrarie
tatis abſoluit. Ex quo & perſuaſor intẽder̃: & diſſuaſor depeller̃ me
morãdi. Ac ſic cõflictiõe partiũ fcã ſtatus poterit apparer̃: ut in ta

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

li cá crebro ad muros exercitu confugiente deliberat imperator utrum diruat muros exſcindi; cum dicit: Nonne uidetur: ſi fecerit accuſare. Deinde grauiter & ſeditioſe id exercitum perpeſſurum. In quo coniectura fiet de commotionis euentu. Ac mox ſi dicat uictoriam non uocandam: ſi præſidium ciuitatis exſcinditur. Finis acceſſit. Diffiniendum quippe qualis ſtatus moenium uictoriam faciat celebrari. Tunc ſi diſſuaſor addat ſine conſilio ſenatus id fieri non debere. Præſcriptio etiam uidetur accedere. Certum eſt igitur & intentionem diſſuaſori iure ſignari. Et deliberatiui cunctos ſtatus promptius apparere. Sciendum tamen: ne diſſuaſor uelut ſententiam dicens prohibeat tanquam iudex: cum eius officium hoc ſit: ne faciat perſuadere inhoneſtæ rei: uelut inutilis ratione monſtrata.

De genere demonſtratiuo.

Iam nũc in demõſtratiuo: quẽadmodũ ſtatus emergat: nõ eſt facile mẽoratu. Iccirco quia nõ ſtati laudẽ uituperatio conſectat᷑: ut quiſquis laudabilis non ẽ: uituperabilis hẽat᷑: uel contra. Qui uituperatiõe caruerit: laudib⁹ faſtiget᷑: Vt ſi laudabilis ex eo qs dicatur: qa homicidiũ non cõmiſit. Eſt ergo mediũ nomẽ: qđ priuationem placuit mẽorari: ꝓpterea quia laude priuat᷑. nõ cõfeſti uituperationi permittit᷑: uel cõtra. Sic tamen ſtatus demſ̃atiui generis apparet. cũ laudatorẽ: uituperatorẽq; cõſtituẽſ: & uituperatori accuſatoris intẽtionẽ laudatori defenſoris partes adiunxeris. Aut illud ſubtilius cõformat᷑: ut auditor inter laudẽ & uituperationẽ librat⁹ uelut aduerſanti loco ponat᷑. Nõ. n. ãteq̃ laudandũ quenq̃ laudabilem demõſtraris. Non illi talis intentio ẽ: ut laudabilẽ nondũ credat. Aduerſum quã intẽtionẽ laudatori certamen ẽ: uel uituperatori: ꝫ in ſuperiori aſtructiõe qdã cõflictus euidẽs approbet᷑; ut cũ ali⁹ quẽpiã laudat: & alter accuſat: Vt Catonẽ; Tulli⁹ laudãs: Et duobus uoluminibus Cæſar accuſans. Ex quo colligitur omnium cauſarum genera ſtatibus percenſenda. Hoc reperto: naturam cauſæ diſcuties: quæ aut ſimplici: aut duplici quæſtione: aut multiplici continetur. Simplex eſt: cum unum qđ in tota actione diſquiritur: ut Clodium Milo ne iure necauerit. Illud uero quod per indicationem poſteriore loco diſquiritur: uter utri inſidias compararit. Non eſt ſingulare: ſed iunctum ex duplici coniectura: quam

græci ἀντικατηγορίαν nominant. Sed incidens quæſtio genus cauſæ facere non poteſt. Duplex tum ex rebus fit: ut pro Cælio de auro & de uenẽo. Tũ collatiõe: ut ꝓ Roſcio: Fili⁹ ne patrẽ: an inimici iugularint. Multiplex uero ex plurib⁹ q̃õnib⁹ cã conſiſtit: ut repetũdarum omnes Verrinæ: Et pro Scauro de Boſtaris nece. De Arinis uxore: & decimis tribus exquiritur. Dehinc ductus cauſæ inſpiciendus eſt. Ductus autẽ eſt agendi per totam cauſam tenor ſub aliqua figura ſeruatus. Sunt autẽ ductus quinque. Simplex: ſubtilis: figuratus: obliquus: mixtus. Simplex: cum non aliud eſt in agentis conſilio: aliud in uerbis: Vt ſi bene meritum laudes: ac noxium accuſes. Subtilis: cum aliud uult animus: aliud agit oratio: Vt quidam abdicat filium: ꝙ amicos non habeat: Hic non uere abdicat: ſed ut amicos habeat: terret. Figuratus eſt: cum aperte quid dicere prohibet uerecundia propter obſcoena; & ſignificatione alia atque integumentis ueſtita monſtratur. Obliquus ẽ: cũ metus impedit aliquid dicere liber᷑: & per quoſdam faciendi cuniculos obiicienda monſtramus. Vt in hoc: Tyrannus: qui ſub abolitione tyrannidem poſuerat fortiter fecit: petit præmii nomine armorum arciſque cuſtodiam. Magiſtratus contradicunt. Mixtus autem ex utroque componitur: cum & pudor & metus impedit libertatem: Vt Tyrannus: qui duos filios habuit:: Quorum uni uxor iniqua infamis fuit: cuius maritus ſe ſuſpendit: Cogit alterum filium eandem ducere: contradicit. Hic non inceſtum libere: nec tyrannidem poteſt obiicere. Hi ſunt ductus artificioſe tractandi: & per totam orationem ſubtiliter diffundendi: qui color᷑ hoc ſeparantur.

Quod Color in una tantum parte: Ductus in tota cauſa ſeruatur. Ductus reperitur ex cauſatiuo litis: hoc eſt ex re: quæ controuerſiam facit: quæ aut præteriti temporis eſt: Vt an Aiacem Vlixes occiderit: quæ ductum ſimplicem tenet: Aut ſi præſentis uel futuri temporis fuerit: omnes ductus admittit. Ergo ductus de conſilio naſcitur. Conſilium ex cauſatiuo litis exoritur. Cauſatiuum litis eſt: quod facit dubitationem: ut in illo Tyranni: cauſatiuum litis eſt. Quod Tyrannus cuſtodiam & arcis poſtulat & armoruꝫ: Hunc ductum ſeruatum teſtatur prima Philippica: quæ mira ſubtilitate dominatum Antonii latenter inſimulat: ut omnia dicens: nil aſpere dixiſſe uideatur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Argumenta

Fidẽ tribus modis fieri

De Argumentis.

Hiſ omnibus conqſitis argumenta uidenda ſunt: qbus ad qõnis ambiguũ fides ualeat adhiberi. Fides aũt tribus ſit modis. Conciliando: docẽdo: permouẽdo. Illa prior ethica. Sequẽs apoditica. Tertia Pathetica noĩatur. Conciliatõe: l; in tota cá uti couẽiat: Tãmen in principiis uberiuſ inſiſtẽdum: & in cõmouẽdo maxime uigere debet epilogus. Docere autẽ præ cæteris debet ipſa narratio: Quãuis diluẽdis qõnib⁹: obiiciẽdiſq; criminibuſ non diſſimiliſ operetur aſtructio. Nunc de argumentis incipiamus.

Argumentũ quid

De Argumentis iterum.

Argumentum ẽ rõ: quæ rei dubiæ fidem facit. Res dubia ẽ. Intẽtio & Depulſio: uel Rõ & Infirmatio rõnis. Cum .n. obieceris occidiſti: ut doceas argumẽtationem firmare: maxime cum negatur ẽt ipſum non occidi. Exigit argumẽtum: l; ad faciẽdam fidem etia; illa: quæ inartificialia noĩant: debeãt adhiberi: ut tabulæ: teſtimonia: qõnes: quæ poſt diſcutiẽda ſeruabo. Nunc argumẽta tractentur: quæ aut in negocio: de quo agitur poſita ſunt: aut illud attingunt. In ipſo: tum totum: tum pars eius: tum nota: quam græci ἐτυμολογίαν dicunt. Attingunt uero negocium: quæ ad id relatiuorum rõne dicuntur. Et ſunt numero .xiii. a Coniugatis: a genere: a Forma uel Spẽ: a Simili: a Differẽti: a Contrario: a Coniunctis: ab Antecedẽtibus: a Conſequẽtibus: a Repugnantibus: a Cauſiſ: ab effectis: a Comparatiõe. Cuius ſunt partes tres. Maiora: Minora: Paria. Apparet in oĩbus relatiuã ineẽ rationẽ. Nam coniugatum alterum alteri noĩatur: & genus & ſpẽs ad ſe relata fiunt. Ipſum ẽt ſimile alicuius aſſimile ẽ: & omnis loci argumẽtorum non ex ſe: ſed ex alio nomen accipiunt.

ἐτυμολογία

Omnes loci argumentorũ nõ ex ſe ſed ex alio nomẽ accipiũt

De Diffinitione.

Igitur totum: quod dubium diſcutitur: diffiniri primitus oportebit: & ſic argumenta tractare hoc modo. Sit res dubia: utrum utilis eloquentia uideatur. Eloquentia totum eſt. In toto igitur diffiniendum eſt ſic. Eloquentia eſt bene dicendi ſcientia. Bene dicere autem utile eſt. Vtilis eſt igitur eloquentia. Cui loco tractãdo ſubſidio eſt Dialectica: quam nuper audiſtis: per quam cognitum puto: Quid ſit Genus: Quid Spẽs: uel Dña: Proopriu;: Accidens: cæteraque: quæ eius præcepta tenuerunt. Tamen ut potero: hæc breuiter: ſtrictimque percurram.

De Genere.

Genus eſt igr̃ ad multas ſpẽs: differẽtiaſq; notio pertinẽs: ut aĩal quod referẽ ad hoĩem. pecudem. auem. piſcem: cæteraq;: quæ nõ tãtum numero: ſ; etiã ſpecie diſparant. ꝙ alia aerea: alia aquatilia: terrenaq;: alia rõnabilia: alia rõniſ expertia: quæ ſub uno noĩe collecta cũ fuerint: nomine generis appellantur.

De Specie.

Spẽs eſt: quæ a genere pendens alia cõtinet nũero tantummõ diſgregata: ut homo continet & Demoſthenem & Ciceronem: qb⁹ una ſpẽs eſt: ſed numero diſtant.

De Differentia.

Differentia uero eſt ſufficiens quæſtioni diſcretio: ut ſi quærat ĩter hoĩem: leonemq; quid ĩterſit? reſpõdeat: ꝙ hõ mitis: leo fer⁹ ſit: qd' qdẽ nec hoĩe; a mitibus cæteris: nec leonem a feris aliiſ diſtiguit animalibus.

De Proprio.

Proprium eſt: quod rem aliquã ab hoĩum cõmuniõe diſcernit: ut riſus. Hoc enim non eſt homini commune cum cæteris.

De Accidente.

Accidens eſt: quod in aliquo poſitum: nec pars eius eſt: nec ſeparari ab eodem poteſt: ut per ſe poſſit exiſtere: ut color in corpore: in animo diſciplina.

Argumentum a parte.

A parte uero argumentum: non ad totũ probandu; ducitur. S; ad aliam partem: quæ continet quæſtionem. Non .n. probata pars totum probat: utpote ſi oculus uidet: non ideo totum corpus uidet: cum refutetur totum uidere corpus. Sed dialecticus iſte tract⁹ eſt. Nunc quemadmodum argumentum a parte ad parte; ſumatur oſtenda;. Si pedes: ſi brachia tueri debemus: utique oculoſ diligenti⁹ aſſeruare. Cuius argumenti loco incurrere aliquando & aliud poteſt: quia a minore ad maius dicitur. Nec tamen ideo principalis argumenti ratio perturbatur: quia geminari aliquantum argumenta natura permittit: hoc ſæpe contingere & in figuris ſolet. De quibus poſtea nobis erit dicendum. Fit nonnunq̃ & in hoc modo a partibus argumentum: cum inducta partitione: & propoſitis partibus pluribus: cæteris refutatis aliquam concludimuſ partem: in qua ſit quæſtio conſtituta: Vt ſi dicas: equum hunc: quem habes: aut emiſti: aut dono accepiſti: aut natus eſt domi: aut fu-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ratus es. Nõ aũt emiſti: nec dono tibi traditus eſt: neq; natus eſt domi: furatus es igitur.

A Nota uel Etymologia.

A Nota uel Etymologia: ut græci dicunt: ſummimus argumẽtum ſic: Si conſul ẽ: qui conſulit Reipu. quid aliud Tullius fecit: cum affecit ſupplicio coniuratos? Quo in loco origine; uocabuli tãtum oportet attendere.

De Negocio.

Ab his uero: quæ negocium uident attingere: argumẽta ducuntur hoc mõ. Primũ a coniugatis: quo uno nõie propoſito principali per eius deriuatione; caſu aut tẽpore cõmutato aliqd approbamus: Vt ſi pietas uirtus ẽ: Quod pie factum ẽ: laudari oportet. Cõſtat. n. laudabilem eẽ uirtutẽ. Qui locus a ſuperiore hoc differt: qa aliud ẽ: unde nomen impoſitũ fuerit: perſcrutari. Aliud per cognationem uerbi ab alio deflexi argumenti uim ſummere.

A Genere ad Speciem.

A Genere autẽ: Cum quod in toto ualet/ ad Speciẽ quoq; deducitur: Vt ſi uarium & mutabile quiddam eſt foemina. Dido etiam uaria: mutabiliſque uideatur: poſſitq; ex amore in odium commutari. Hac rõne illud Ciceronis aſtruit. Nam cum oĩum prouinciarũ ſociorũq; rationem diligenter habere debeatis. Tum præcipue Siciliæ o Iudices: Hunc locum ille a toto uidetur imitari. Sed intereſt illud: ꝙ in illo a diffõne: hic ab ipſa ratione: qua genus ẽ: argumenta ducunt. Et qđ in genere totũ ẽ: quod totũ diuiſiõe perit: gen⁹ manet et partibus diſtributũ.

A Spẽ uel a Forma.

A Spẽ uel a Forma ducit argumentũ: ut fidem generali faciat qõni: ut Cice. in Philip. Eſt quadã actio lex. Actum. n. genus ẽ legis: quod a ſpẽ. i. lege lata a Cæſare cõprobatum ẽ. Quod ite; cõfirmat a ſimilibus. Quaꝛ acta Gracchi: leges Sẽproniæ ꝓferent. quaꝛ Syllæ: Corneliæ.

A Simili.

A Simili per ſe: ut Helẽa Troianis: Sic ciuibus belli ſemẽ tu fuiſti. Item ut ſæpe homines ægri morbo graui cum æſtu: febriq; iactantur &c. Huic diſſimilitudo cõtraria eſt: quæ a Cicerone differẽtia nominatur: Quæ res inter ſe diuiſas: non aduerſas oſtendit: Cuius Cicero ponit exemplum in Verrem. Sed tu idem feciſſe eris aſtimandus. Si eodem conſilio feciſti: Hoc & in perſonis oſtenditur: & in rebus: & in tempore: & in locis: & in aliis: quæ nunc memotare longiſſimum eſt.

A Contrario.

A Contrario: ut uita & mors: Ex quibus Terẽ. ſic. Nam ſi illũ obiurges: uitæ q auxiliu; tulit. Quid facies illi: qui dederit damnũ aut malum: Cicero in tertio Philippicaꝝ contra Antonium ecõtrario argumentatur dicens: Si ille conſul fuſtuarium meruerit: legiones quid? quæ conſulem reliquerunt.

A Coniunctis.

A Coniũctis autẽ fides petitur. Cum quæ ſingula infirma ſũt: Ea cõiũcta uim ueritatis aſſũmunt: Vt ſiqd accedit: ut tenuis antea fuerit: Quid ſi ut auarus? qd ſi ut audax? qd ſi ut eius: qui occiſus ẽ inimicus? Singula hæc: quæ non ſufficiunt: Iccirco cõgregata ponuntur: ut ex multis iunctis res aliqua confirmetur.

Ab Antecedentibus.

Ab Antecedẽtibus: ſicut Cice. Cũ ille nõ dubitauerit aperiꝛ: qd cogitauerit: Vos poteſtis dubitare quid fecerit? Præceſſit. n. pradictio: ubi eſt argumentum; ſecutum ẽ factum: unde ẽ quæſtio.

A Conſequentibus.

A Cõſequẽtibus uero cõuerſim: ut qõ in antecedẽtibus ſit argumẽtum in ſequẽtibus hoc mõ: ut ſi hoc ſecutu; ẽ: illud præceſſerit: Vt ſi peperit: cũ uiro cõcubuit. Exẽplũ de Verrinis. Si finẽ edicto prætoris afferunt Kalendæ Ianuariæ. Cur nõ initium: quoq; naſcit a Kalendis Ianuariis.

A Repugnantibus.

A Repugnantibus argumẽtu; ẽ: cum oſtendit duo ſibi cohæreꝛ nõ poſſe. Verbi cã: ut & Paraſitus qs ſit: & ridiculus nõ ſit: quæ per negatione ſimul eẽ nõ poſſe prædicant hoc mõ. Nõ & paraſitus ẽ gnato: & ridiculus non ẽ. Eius loci exẽplũ eſt in re magis ipſa q̃ forma uerboꝝ. Is igr non mõ a te periculo liberatꝰ: Sed etiã honor ampliſſimo ornatus. Arguit domi ſuæ te interficere uoluiſſe: & in Cornelia prima repugnaꝛ dicit: ut diuiſores: quos honoris ſui miſtros eẽ uoluerat: lege ambitus uellet affligere.

A Cauſis.

Cauſarum locus late patet: & multa diſputatione tractatur. S; nunc forma; eius ſatis fuerit demonſtrare ſub hoc exemplo. Sed cum ob tua Decreta: ob iudicia: ob imperia dabantur: Non eſt ita quærendu; cuius manu numeraretur: Sed cuius iniuria cogerent. Sic & Virgi. Me ne fugis?

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ab Effectis.

Ab effectis ſit argumētum: cū in cauſa dubitatio ē: ut fatū pro
betur ex eo: ꝙ hoīes ēt inuiti ſuabātur in uita. Fatū.n.ē cauſa uel
uitæ uel mortis. Illa uero effecta ſunt fato uiuere poſſe: uel mori:
Cice. hinc probat. Auli hircii uitam: quæ populo cara ē. ꝙ ei popu
lus plaudit: Hoc & Virg. Degeneres aīos timor arguit. Nam timor
ē cauſa: ut degener ſit aīus: quod timoris effectum eſt.

A Comparatione maiorum.

A Cōparatōe maiorꝫ qs dubitet a Siculis petiſſe pecuniā Verrē:
eū a Marco Octauio ligure poſtularet? Virgi. Tu potes unanimes
armare in proelia fratres. Ex hoc utiq; probat & aliēos poſſe quod
minus ē. Terē. Nam ꝙ mētiri aut faller inſtituerit patrē aut matrē:
audebit tanto magis & cæteros.

A Minorum Comparatione.

A Minorum Comparatione: ut eſt Publ. Scipio Pontifex Ma
ximus Tyberium Grac. mediocriter labefactantē ſtatum Reipub.
priuatus īterfecit. Deide iungit qōnē: ubi mod⁹ ē quidā. Catili
nam orbē terræ cæde atq; incēdiis uaſtarē cupiētem nos conſules per
feremus? Ex hoc Terē. loco illud. Hic paruæ conſuetudinis cā hu
ius mortē tam fert familiariter.

A Parium Comparatione.

A Parium Comparatiōe Cice. Et ſi non minus iūcūdi atq; illu
ſtres ſunt hi dies: qbus naſcimur. Et in Piſonē nihil intereſt utrum
ipſe conſul improbis contiōibus pernicioſis legibus Rempu. uexet:
an alios uexare patiatur.

His igr̄ breuiter demonſtratis: illa quæ non excogitanē ab orato
re: Sed a cauſa: aut a reis ſuggerunē. In tribus: ut diximus: rebus po
ſita ſunt. In ſcriptura: ut tabularum. In auctoritate: ut teſtium. In
neceſſitate: ut tormentorum.

A Scripto.

A Scripto argumētum petitur. Cum ad dubiæ rei probationē:
uel chirographum: uel teſtamentum tranſactionis: aut tabulæ reci
tantur: cæteraque hiuſmodi: Quæ ita nota ſunt: ut exempla de ora
tione non quærant.

Ab Auctoritate & Teſtimonio.

Ab Auctoritate uero: ut Africanum dixiſſe iure cæſum eē Tibe
rium Gracchū: aut cum teſtimonio: quo ueritas nudetur: affert:

ut Gneum Pomp. demiſſo frumēto celeriter teſtem nobis orator in
ducit. Auctoritas igr̄ aut iudicantis: aut teſtis eſt. Hūic parti ad
iunguntur oracula: cæteraque id genus.

A Neceſſitate.

Neceſſitas uero dat fidem ex tormētis aut ſomno: aut furorē: aut
uinolentia. Quæ uocem alicuius rei extorquet inuitis: Quæ omnia
cum ad cōiecturam cauſa: perſona: facto adduntur: ideſt ipſo teſti
monio: uel confeſſione: uel ſcripto capiūt fidē: uel amittunt. Nam
nec cauſa dicentis attenditē: & perſona tractatur. Et ipſi ſcripturæ ſe
cum: aut cum cauſa qualitaſ comparatur.

Sequitur ut ad ea: quæ conciliant: aut permouent auditores: in
tentionem ſuam flectat aſſertor. Quoniam ad fidem faciendam hac
quoq; pertinere prædiximus. Cōciliantur igr̄ animi: tum perſonæ:
tum rei dignitate. Perſonæ aut auditoris: aut Rei uel ipſius ora
toris: aut aduerſarii. Auditoris ſic. Quale, te antea Publicæ rei præ
buiſti: Cum huic eidem quæſtioni iudex præſes: talem te nobis &
populo Romāo hoc tēpore impartias. Rei uero: ut pro Deiotaro:
Quē ornare antea cuncto cum ſenatu ſolebā pro perpetuiſ ei⁹ in no
ſtram Rēpublicam meritis. Oratoris uero: cū de ſe nō ſuperbe: ſed
moderate loqtur: Quale illud eſt. Cū quæſtor in Sicilia fuiſſem o
iudices. Itaq; ex ea prouincia deceſſiſſem: ut Siculis oībus &cæ.

Sed hæc plenius in exordiorꝫ præceptis diſſeram. Ab aduerſarii
uero perſona conciliatio fit: dū illi⁹ iniquitate aut arrogātia demō
ſtrata nr̄a modeſtia cōmendatur. Sed hæc poſterius & in principiis
q̈q̄ nunc non oratiōis partes: ſed dicēdi formas: & faciēda fidei ſpēs
numeramus: Quo loco patheticæ quoq; dictiōis attendimus facul
tatem: cuius uis uel in comunibus locis: uel in epilogis maxime cō
tinetur. Mea primordia quidem apud ueteres hac animorū per
motione caruere: Quod tunc demonſtrabitur: cum ordiendi præce
pta tractabimus. Interim generatim: quibus mentes affectibus
incitentur: nulla partium diffinitione ſignabo.

De Commotione animorum.

Commouenē igr̄ auditores aut miſeratione: aut odio: aut inui
dia: aut metu: aut ſpe: aut ira: cæteriſq; ſimilibuſ. Miſeratione: cum
calamitates alicuius magno dolore tractamus. Cum iniquitatem
temporiſ uel periculi magnitudinē mēoramus: ut in ſeptima Ver
rinarum: Patres hi quos uidi. &cæ. Ab odio: cum aduerſarii fa

ctum uel uiris bonis: uel iudicibus oſtendiſ execrandum: ut cu; iu
dicum corruptio docetur a Verre iactari. Item cum in auaricia:
ſcelere: periurio uos ſui ſimiles eſſe arbitratur. Inuidia eſt; quæ
quodam liuore inficit auditores: Vt eſt. ꝙ ad tuam ipſius amicitiã
cæterorumque hominum magnoꝝ atque nobilium faciliorem adi
tum iſtius habet nequitia & audacia: q̃ cuiuſq̃ noſtrum uirtus & i/
tegritas. Item iſtum rebus omnibus undiq; ereptis impune eluden
tem circũfluere & abundare. Poteſt quidem & illa res auditorum
mentes incẽdere: ut ſi alicuius exaggeres tyrannicum ſpũm: aut po
tentiam non ferẽdam. Metum uero excitari uel propriis: uel comu
nibus periculis. Propriis: ut hoc ẽ. Iudiciũ: in quo uos de reo Pu/
blica res de uobis iudicabit. Cõibus autem: ut eſt. Videor mihi ui
dere hanc urbẽ lucem orbis terrarum: arcem omniũ gentium ſubi/
to uno incendio concidẽtem. Spe quoq; animi perturbanſ: cũ be
neficia aut obſequia permittunſ: ut cum fidẽ Milõis Pompeio pol
licetur: & Cælii in omni uita ſeruitium obſtrictum uobis ac liberiſ
ueſtris habebitis. Ira etiam uehemẽter aĩos turbat: ut cum exag
gerat & exclamat Tullius in curia ſedere ſocios Catilinæ. O Dii im
mortales ubinam gentium ſumus! Quæ Reſpubli. hic habetur. In
qua urbe uiuimus! hic hic &cæ. Similes alii permiſcẽtur affectus:
qui cum ad perſuadẽdum plurimum ualeant: extra cauſam tamen
ſunt: nec apparere in oratore manifeſtius debent; ne inſidiis iudicem
capere: non ratione deducere uideatur.

De Diſpoſitione.

His igitur ad fidem faciendam prudenter inuentiſ ordo rerum ẽ
ſociandus: Quæ pars Diſpoſitio uocitatur: qua quid dicẽdu;: quo
ue loco: quid penitus omittendum: Quomodo etiam: & quando:
& ubi prudenter inſpicimus. Duplex igitur huius partis eſt ra/
tio. Aut eni; naturalis eſt ordo: aut oratoris artificio comparatur.
Naturalis: cũ poſt principium. Narratio. Partitio. Propoſitio.
Argumentatio: Concluſio: Epiloguſq; conſequitur. Artificio
oratoris: cum per membra orationis: quæ dicenda ſunt digerimus.
Et hoc ex cauſæ utilitate: non ex temporis ſerie coaptamus: Vt pro
Milone factum: cum quæſtiones quaſdam ãte Narrationẽ: ut præ/
iudicia refutaret: induxit: Quod nõ ex ordine naturæ: ſed ex cauſæ
utilitate mutauit. Et pro Cornelio primo refutata ſunt crimina:
quæ ſecuta ſunt tribunatum. Poſt ad ipſum tribunatum recur//

ſus eſt factus: Quæ diſpoſitio artificialis: ut diximus: nominatur.
In Verrem autẽ naturalem tẽporum ordinem tenuit: ut primũ
quæſturam: tum legationem: Deinde duas ei præturas obiiceret ſer
u ita temporum ratione: Quam/ niſi cauſæ repugnet utilitas: neceſ
ſario proſequemur. At ubi maiora quæq; potiſſimũ & inuidioſio/
ra purganda ſunt. Ab his ſummitur refutationis exordium:
ut pro Cluentio coniecturæ partibus expeditis ad perſcriptionẽ le/
gis acceſſit ordine uidel; commutato: Ne ſi Cluentium legis aſſer/
tione non defenderet: fugere cauſam diffidentia uidetur.

De Elocutione.

Duabus his officii partibus abſolutis Elocutionis cura eſt inti
manda: Quæ cum conſtet in ſingulorum animaduerſione uerbo/
rum. Hoc ab eloquentiæ nomine ſeparatur. ꝙ illa totius operis ora
torii uirtus eſt. Hæc pars habetur officii: Cuius Cicero duo quaſi
fundamenta: duo dicit eſſe faſtigia. Fundamẽta ſunt latine loq:
planeq; dicere: Quorum unum grãmaticæ loquente didiciſtis: cu;
eius uobis inſinuata eſt ſubtilitas. Faſtigia uero ſunt copioſe: or
nateq; dicere: Quod non ingenii: ſed laboris ẽ maximi: exercitatiõis
etiam diuturnæ: Quia non ſolum uberior: ſed illuſtrior quoq; fa/
cultas acquiritur. Huius rei duplex ratio eſt. Vna: qua in ſin/
gulis uerbis lumen appareat. Altera ut dignitas eloquendi copu
lationis ipſius decore ſeruetur. In ſingulis uero rebus aut propri/
um/ aut tranſlatum: mutuatumq; conqritur. Propria ſunt uetu
ſta præcipue: Nam tũ: cũ proceres uel neſcirent hæc dicẽdi ornamẽ
ta: uel appetere non auderent: propriis utebantur. Sed quia uerboꝝ
ueterum iam exoleuit uſus: non ſunt audacius uſurpãda illa: quæ
cum ætate mutata ſunt. Itaque hallucinari: & cerritũ: & caperatũ:
ſimiliaq; prætereunteſ utemur hiſ: quæ conſuetudo recipiet. Nec ta
men ſordidis: niſi cu; rei: ſentẽtiæq; uis exigit: ut Cicero uolẽs cru/
delitatis inuidiã facere ait. Gurgulionibus eiectis reliquerũt: & uir
gis plæbem Romanã concidere. Nec indecore Virg. uitandæ humi/
litatis aucupio lychnos pro lucernis ait. ꝙ ſi ſua res propria uerba
non habeat: nouanda ſunt: aut alienis utendum. Nouantur au//
tem duobus modis uerba: aut quadam fictione uerborum: aut de
clinatione præſumpta: aut duorum. Quæ uſitata ſint coniunctio
ne compoſita. Finguntſ maxime: cũ transferim⁹: ut qui ποιότητα
qualitatem eſſe dixerunt: Quod nomẽ nunq̃ fuerat in latinis: quo

& auribus temperandum:& inſolentia fugienda: Quam uitans Ci
cero Soterem ſaluatorem noluit nominare. Et ait: Qui ſalutem de
dit. Illud enim nimis inſolens uidebatur. Deriuatione quoq; fiunt
uerba: quæ grammatici paragoga nominarunt: ut dicimus: Florea
rura:& campique uirentes oſſibus albent: ꝑ ſatis criſpa flexiõe Ora
tius albicant dixit. His plerũq; grãmatice utitur. l; Tullius glandi
feras poſſeſſiones dicat.& grandiloquos oratores. Huic diligentiæ
ſubiungitur tranſlatorum cura uerboꝝ: cum res aut ſua non inue
nit uerba: Aut cum uolumus ſplendidius aliquid explicari. Er
go aut inopiæ: aut decoris cauſa transferuntur. Inopiæ: cum dicim⁹
gẽmare uitem:& luxuriare ſegetes: lætaſq; perhibemus. Deſunt.n.
ꝑpria:& cõmodantur aſcita. Decoris uero: ut bellum ſubito ex
arſit: cum potuerit dici: extitit. Et item poſſumus ab omnibus ſenſi
bus mutuari: ut ab oculis lux libertatis:& odor legum. Et ſilent le
ges inter arma. Et a guſtu. O nomen dulce libertatis. Verum non
debet eẽ hæc tranſlatoꝝ: alienorumq; uerborum affectatio ſine mo
deratione captari. Nec longe petita debent eſſe tranſlata: Vt ſi dicas
Luxurioſam Charybdim. Vitandum quoq; ne turpis ſit ſimilitu
dinis uſurpatio: ut ſi dicas Caſtratam Africam mortuam Rempu.
Aut Clodium ſtercus Senatus. In hoc generẽ tranferẽdi etiam alle
goriam poetæ præcipue nexuerunt. Et Cicero: cum dicit ſenatum a
gubernaculis deieciſſes: Populum Romanũm e naui exturbaſſes.
Ipſe archipirata cum grege prædonum impuriſſimum pleniſſimis
uelis nauigares. Et in Piſonem: ut qui in maximis tempeſtatibus
ac fluctibus Reipublicæ nauim gubernaſſem: Saluáq; in portu col
locaſſem. Frontis tuæ nubeculam:& collegæ tui contaminatũ ſpiri
tum pertimeſcerem. Vſurpatis ergo his ſimiliter pluribus uer
bis elocutus eſt: quæ ſuis fortaſſe anguſtius aut humilius diceret.
Item tranſlata quodammodo ſunt: quæ aut ex parte totum: aut ex
toto partem: aut ex uno plures monſtrant: aut ex pluribus ſingula.
Ex parte totum: ut in puppim ferit unda. Aut me hiſdem pariet ib⁹
tuto eſſe tecum pro eadem domo. Hunc Tropum Metonymiã grã
matici memorauerũt. κατάχρησιν etiam græci: quã nos abuſionem
dicimus: Vt cum perhibemus naturam Deoꝝ pro ſubſtãtia. In
coniũctis uero uerbis orõniſq; cõtextu ſeruãda ſunt hæc: ut cõ ſtru
ctio coaugmẽtata & cõcluſio perfecta ꝑueniat. Et quodã ſchẽma
te dictio uenuſtet. Iam compoſitionis præcepta percurram: cu

ius uitium maximum eſt hiulcas & aſperas uoces. Frenos etiam Io
taciſmos. Metaciſmos. Labdaciſmos. Homœoproferõ. Diſprophe
ron & Polyſigma non uitare: uel cuiuſlibet litteræ aſſiduitatem in
odium repetitam: ut ſale ſaxa ſonabant. Et Caſus Caſſandra cane
bat. Metaciſmus eſt: cum uerboꝝ coniunctio. M. litteræ aſſidui
tate collidit: ut ſi dicas: Mammam ipſam amo quaſi meam animã.
Labdaciſmus ẽ: ubi. L. plurimum diſſonat: ut ſi dicas: Sol & lu
na luce lucet alba leni lactea. Iotaciſmus: ut ſi dicas: Iunio iuno
Iouis iure iraſcitur. Polyſigma: ubi. s. Ira crebrius geminat. So
ſia in Solario Soleaſſarciebat ſuas. Homoeoproferon ẽ: Cum dr̃
O Tite Tute Tati tibi tanta tyrãne tuliſti. Diſpropheron: ut ſi
quis dicat: perſuaſitrices: præſtrigiatrices atq; inductrices tygres.
Aſperæ inter penultimã: ultimamq; uerborũ maxime uitãdæ: cu
ius exemplum ẽ: ut ſi dicas. Phaleras ablatas gratis: aut ſi iuret au
riga per lora: per flagella: per frena. Hiulcæ ſunt: cum in ea par
te: quam diximus: ſimiles uocales: ac ſimiliter longæ colliſam: hian
temq; ſtructuram faciant: ut ſiquis dicat ſuſcepiſſe ſe liberos ſecun
do omine:& ut Tullius pro Milone ait: auctoritate publica arma
re. Quod qdem artem diſſimulans plerunq; appetit uoluntate. Vi
tandum ſimiliter ne in eodem loco tres aut quatuor longas: breueſ
q; continue ponamus: ne ue in notiſſimos uerſus:& maxime heroi
cos ſtructura fundatur. Iambicoſque uerſus: q̃uis eos Cicero non
euitet: cum dicit. Senatus hæc intelligit! Conſul uidet. Et heroici
uerſus finem uel initium non declinet: Cum dicit: O miſerum: cui
peccare licebat. Et in Academicis. Latent iſta omnia Varro ma
gis obſcurata & circũfuſa tenebris. Et in Verrinis: plenum uerſu;
una qdem ſyllaba mutilum fudit: Cum dicit: Cum loqueretur tanti
fletuſ: gemituſq; fiebant. Nec finem uitauit elegi: ſicut ait. Oderat
ille bonos. Incurrit etiam in endecaſyllabi phaleutici petulantiã
dum dicit. Succeſſit tibi Lucius Metellus. Hic tamen uir & longo
opere:& ipſa ſui maieſtate defenditur. Cæterum in clauſulis uitio
ſiſſimum reperitur. Animaduertendum autem ne cum ſimilitu
dinem uerſus effugimus: bonam clauſulam tranſeamus: ut ſi time
as dicere: ſtrepitumque plagarum: cum pla. longa ſit:& bonã clau
ſulam fecerit. Vitandum etiam in eodem loco Cacepharon uel in
terpoſitione: uel commutatione uerborum. Inhoneſta enim exem
pla ſunt: ut Arrige aures Pamphile: Atque ereptæ uirginis ira. In

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

his enim ſordeſcit oratio. Vitādi etiam freni: qui fiunt ex aſperrimis litteris in unum concurrentibus: ut eſt illud Terentii in Ecyra. Perpol q̄ paucos reperies meretricibus fideles euenire amatores Syra. Et ab iiſdem litteris incipientia: ut eſt: Non fuit iſtud iudicium iudicii ſimile Iudices. Et in eadem deſinentia: ut fortiſſimorum proximorum: fideliſſimorumq; ſocioꝝ in eodem uitio habētur. Itē penitus fugiendum breues ſyllabas continuarī q̄ plures: ut eſt illud Sereni. Perit Auipedis animula leporis.

Terentiꝰ

Sereniꝰ

De Pedibus.

His breuiter intimatis pedes ſunt aſſerendi: quibus clauſulæ decenter aptentur: Quos quidem Cicero quadam permixta confuſione perturbat: dum dicit Modo ditrocheo ionicum concludendum. Modo Peonem primū probat incipientibuſ. Modo finientibuſ: Modo Dochimum: qui conſtat breui: duabus longis: breui & longa: Cuius exemplum poſuit: Amicos teneſ. Item Amphimacruz pedem & rurſus dactylicum numerum laudat. Modo anapeſticum: Modo deuteriambicum laudat: nec tamen certa Scientia ē. Ego tamen compendioſiora percurram: ut in hac ſylua quibuſdam uidear præire tramitibus.

Cicero

De Monoſyllabis.

In Monoſyllabis inſpiciendum eſt: utrum finalis lōga breuis ne ſit: Si. n. longa eſt: præire debet Trochæus: ut ē illud Ciceronis. Nō ſcripta: ſed nata lex: Aut debet eſſe legum in Repub̄. prima uox: quæ tamē pendēte ſenſui apta cōcluſio. At uero ſi breuis fuerit monoſyllaba: Iambus aut Anapeſtus antecedat: ut ait Saluſtius: Tota autē inſula modica & cultibus inanis ē. Breuē uero breuis: aut longam longa non ſine uituperatione ſectatur: ut ſi dicas: Iſta res mea ē: aut contra: Quod Cicero pro Ligario: Nam tu euz patria priuarī qua caret: Sed uitā uis. Quod uoluntate orator non errore compoſuit. Verum hoc de monoſyllabo ſuperius præceptuz in Colo melius collocamus: aut commate non in fine ſententiæ.

Cicero

Salluſtiꝰ

Cicero

De Diſſyllabis.

Diſſyllabi uero iambico numero non iure clauduntur. Sz ſi penultimus Spondæus: mox Iambus aptetur: ut ſi dicas: Tenui ſuos meos. Aut Pyrrichius pro Iambo: ut Conſul uidet. At bona

clauſula eſt ex Iambo & Spondæo uel ultimo trochæo: ut ſiquis dicat. Patria continet bonos ciues: uel aſſerit caput legis. Cauendū eſt autem: ne aut duo iambi: aut iambus & pyrrichius in fine ponātur: ut ſi quis dicat pugnare iuuenes pro parentibus ſuis. Cauēdū etiam ne pyrrichius poſt pyrrhichium ueniat: & quatuor breues faciat: ut ſiquis dicat: perdidi bona mea. aut poſt pyrrichium trochæus: ſpondæuſue: ut ſi dicas: Conqueritur ſua fata. aut imputat ſibi demens. Sed & trochæus & iambus: uel pro iambo poſt trochæum pyrrichiuſ malam clauſulam faciunt. Hunc enim finem elegiaci pentametri turpiter reddit. Quid enim intereſt: utrum dicas: omnia nempe uides. An uero dicas: Aſpice facta mea. Bene autem ponūtur uel duo trochæi uel trochæꝰ. & ſpondæus in fine clauſulæ: ut ſiquis dicat: Hæc ē bonoruz ciuium magna cura. Aut hæc ſunt: quæ maximi principes ſola curant.

De Triſyllabis.

Triſyllabis clauſulam terminantibus lex eſt. Si modo eamueliſ leniter fluere: ut trochæo præcedente penultimam Moloſſus ſubſequatur: ſiue longam habeat nouiſſimam ſyllabam: ſiue breuem iure metrico: ut illud eſt Tullii. Mare fluctuantibuſ littuſ eiectis. Fit autem peſſima clauſula: Si pro trochæo penultimo ſpondæum prælocaueris: ut ſi dicas Mare fluctuātibꝰ rupeſ eiectis. Itē peſſima: ſi ꝓ trochæo pyrrichiū præmiſis: ut ſi dicas: mare fluctuātibꝰ Apis eiectis. Itē uitioſa ē cōcluſio: Si nouiſſimi moloſſi prima ſyllaba breuis fiat: q̄uis trochæo rite præmiſſo. Tunc. n. heroicū cōma naſcit: ut ſiquis dicat littus amicis. Item bona clauſula fit: Si pro nouiſſimo moloſſo ionicus minor ponatur poſt trochæuz: ut ſi dicas Mare fluctuantibus littus agitanti. Sed in hac clauſula cauendum: ne pro trochæo penultimo ſpōdæus ponatur: Nam tunc ſi ſolueris tertiam moloſſi: in uitium cadis: in quale incidit Cicero: cum dicit: Si te ſemel ad meas capſas admiſero. Si autem penultimo trochæo mediam moloſſi ſolueris: pulchram clauſulam feceris: ut ſi dicas: Littus Emiliæ. Item trochæo penultimo pulchre etiam tertia moloſſi reſoluitur: ut ſi dicas: Littus æquabile. Item ſi trochæi penultimi longam ſolueris: & primam Moloſſi ultimi: fit elegis clauſula: ut eſt: curas regere animorum.

Cicero

Cicero

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sententiarũm autem figuræ hæ ſunt.

Ironia eſt ſimulatio: in qua aliud uerbis ſignificamus: aliud re ipſa ſentimus: ut eſt principium pro Ligario. Nouum crimen. C. Cæſar. Paralipſis eſt præteritio: cum prætermittentes quadam nihilominus dicimus. Apoſtrophe eſt in aliquem diſtricta conuerſio: frequens apud Ciceronem ac nobilis figura. Hæc eſt: cum in aliquem ſic conuertimus actionem: ut ex ea iudices doceamus.

Diaporeſis eſt addubitatio: Qua figura utimur: cum ueluti dubitantes ab ipſis iudicibus inchoamenti conſilium poſtulamus: ut eſt pro Cluentio. Equidem quo me uertam iudices neſcio. Et pro Cornelia: Pugnem contra nobiliſſimorum hominum ſtudia: conſilia: rationeſque eorum aperiam &cæ. Erotema eſt interrogatio: qua figura utimur: cum interrogando aliquid coaceruamus: & exaggeramus eius inuidiam. Pyſma eſt quæſitum: quæ figura a ſuperiore eo differt: ꝙ interroganti una uoce tantum reſponderi pōt.

Quæſtio autem niſi pluribus reſponderi non poteſt: ut cum dicimus: Qua igitur ratione bellum geremuſ? quæ auxilia nobis parata erunt? Quis erit? Qui ſubuenire uelit? cum tam acerbe ſocios tractauerimus. Diatypoſis eſt deſcriptio uel deformatio: cum rebꝰ perſoniſq; ſubiectis: & formaſ ipſas & habitus exprimimus: ut Tullius pro Milone. Si hæc non geſta audiſtis: facta uideretis. & Milonem in Rheda ſedentem penulatum cum uxore. Item Clodium cũ equo & delectis uilla egrediẽtem & cæ. Antiſagoge contraria inductio. Hæc figura ẽ: cum aliqd difficile ẽ: & cõtrarium cõferimꝰ: ut Cicero de rege Ptolemæo. Difficilis rõ belli gerendi: at plena fidei: plena pietatis. Diaſyſmos ẽ eleuatio uel impræſſio in hac figura laudantes: quæ dicuntur: ab aduerſariis noſtris diſſoluimus: Qualis ẽ in Mureniana. Totus ille in Sulpicium locuſ de iure ciuili. Metatheſis ẽ tranſmotio quædam: hæc ẽ: Cu; rẽ a nobis alio trãſmoueus: Sed nõ ita: ut ibi totã eã; cõſtituamꝰ. alioqn ſtatꝰ incipit eẽ: nõ figura.

Quot modis fiat elocutio.

Hactenus de ſententiarum figuris: nunc ad elocutionu; figuras tranſeamus. Sed uolo breuiter mẽorar̃: quot genera ſint elocutiõiſ: Quotq; modis ea utẽdum ſit. Eſt igitur familiaris oĩs narratõis generi: quam græci ἐπιμονὴ λέξιν appellant: Quæ ita connectitur: ut ſuperiorem elocutionẽ ſemper proxima ſequatur. & hiſtoriæ cõuenit & narratiõi: & non cõuerſum: neq; circũſcriptũ eloquendi genus deſiderat: Sed diffuſum atq; cõtinuũ: ut illa ſunt in Miloniana Occidi occidi non ſpuriũ Meliũ: ꝙ annonæ leuãdæ iacturis & cæ.

Eſt alia: quam græci περίοδον appellant: quæ ſñiam quãdã circũſcriptione definit atque determinat. Quale ẽ in Ceciniana. Si q̃tum in agris lociſq; deſertis audacia poteſt: Tantum in foro: iudiciiſq; ĩpudentia ualeret: nõ minus nũc Aulus Cecinna cederet Sexti Ebucii impudentiæ: q̃tum in ui faciunda ceſſit audaciæ: Quæ multis cõſtat ex membriſ: quæ κῶλα græci dicunt: & Exceſis: quæ κόμματα appellant. Mẽbrum eſt pars orationis ex pluribus uerbis abſolute aliquid ſignificans hoc modo. Et ſi uereor iudices; ne turpe ſit ꝓ fortiſſimo uiro dicere incipiẽtem timere. Cæſum autem eſt pars orationis ex duobus aut pluribus uerbis: du; quicq̃ abſolute ſignificamus. q̃q̃ cæſam orationẽ dicamus: cum ſingula uerba quoduis ſignificantia proferuntur: ut eſt. Quis eſt Lolliꝰq ſine ferro ne nũc qdem tecum eſt. Quis eſt iſte Lollius? Armiger Catilinæ: Stipator tui corporis: concitator tabernarioru;: percuſſor: lapidator curiæ. Et in Verrinis: Comites illi delecti manus erant tuæ. Accenſi. medici. aruſpices. ſcribæ tuæ erant manus. Verum ſuperior Periodos cõſtat ex duobus membris: & ex tribus: & ex quatuor. Interdum & ſex. Quiuis ex uno membro putent non nulli poſſe compleri: que; μονόκωλον περίοδον appellant: Cũ ſit colon potius. Optima igitur oratio fiet: ſi nunc ex ambitu periodico. nunc ex illa cõtinuatione perpetuæ elocutionis aptetur. Nõ nulliſq; cæſis interrupta cũ fuerit: aliquãdo colo conſociet. Differt autẽ figura elocutionis a figura ſẽtẽtiæ hoc. ꝙ ſentẽtiæ figura immutato uerboꝝ ordine manet non poterit. q̃uis plerũque fieri pōt: ut ſentẽtiæ figuræ cõiungatur. Cum elocutionis figura: ut in Ironia: quæ figura eſt ſentẽtiæ. Epanaphora permiſcetur: quæ eſt elocutionis.

De Figuris Elocutionis.

Sunt igit̃ figuræ elocutiis aliæ ad ornãdũ tãtũ & quaſi pingẽdã orationem commodatæ. Aliæ uero ad ſignificationis uim intimãdam: qbus nunc utimur. Antiteton. i. compoſitum ex cõtrariis: cũ uerba pugnantia inter ſe paribus uocibus colliduntur. Vel paria paribus opponunt̃: ut ẽ Ciceroĩs domꝰ tibi deerat. At hẽbas? pecũia ſuperabat. At egebas? Aut ſi dicas: ĩ pace ad uexãdos ciues acerrimꝰ ĩ bello ad pugnandos hoſtes inertiſſimꝰ ἰσόκωλον exæquatũ mẽbris: Quod fit nõ impugnãtibꝰ inter ſe uerbis: S; paribꝰ exæquatis:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ut ſi dicaſ. Claſſem ſpecioſiſſimam & robuſtiſſimam extruxit. Exercitum pulcherrimum & fortiſſimum legit. Sociorum maximam & fideliſſimam manum comparauit. Pariſon proprie æquatũ. Hæc figura differt a ſuperiore: ꝙ ibi omnia membrorũ genera paria ſunt numero. Hic uno uel altero addito ĩ quouis loco cætera excurrũt.

Homæoptoton ſimile caſibus. Nam ex eo nomẽ accepit. ꝙ cola omnia in eoſdem caſus cadunt: ut eſt: Huic ſocios ueſtros criminanti: & ad bellum uos cohortanti: & omnibus modis: ut in tumultu eſſetis: uolẽti. Homoeoteleutõ ſimili modo determinatum differt a ſuperiore: quod illud & caſu & ſono ſimili poſtrema uerba determinat. Hoc uero ſoni tantum ſimilitudine ſub quacũq; uerbi enũciatione componitur. Paranomaſia leuis immutatio uerbi ac nominis: ideſt cum ſyllaba aut littera mutata diuerſa ſignificat: ut ſi dicas: Prætor eſt: uel potius prædo. Ploce: ideſt copulatio: ĩ qua idem uerbum aut nomen continuo poſitum diuerſa ſignificat: ut ẽ Sed tamen ad illam diem Memmius. Memmius ad illud tempus. Memmius in alio. Palinlogio iteratio. Hæc figura repetito uerbo aut nomine non diuerſa uult intelligi: Sed uehementiuſ repetita ſignificat: ut eſt. Nos nos: dico aperte: nos conſules deſumus.

Epanalepſis eſt repetitio: hæc figura a ſuperiore diſtat: ꝙ illa eadem parte orationis repetita coniungitur: aut uno altero ue uerbo interpoſito. Aut hæc non una parte orationis: Sed pro ut libuerit ſociatis uerbis: ut eſt. Non poteſt iam: non poteſt hæc libera ciuitas eſſe. Anadiploſis eſt replicatio optima: Cum ea: quæ in priore membro poſtrema ponuntur: In poſteriore prima repetunt: ut eſt illud

[Terentius]

Teren. Negat hanc ſibi cognatam Demipho. Hãc Demipho negat eſſe cognatam. Proapodoſis redditio orationis: ideſt cũ nomẽ in poſtrema parte membri: aut eadem quæcũq; pars orõnis redditur: Ex quo idem membrum cœpit: ut ſi dicas: Publica tibi calamitates imputare debes Reſpublica. Epanaphora relatio: quotiens per ſingula membra eadem pars orationis repetitur hoc modo. Verres

[Cicero]

calumniatores oppõebat. Verres de cauſa cognoſcebat. Verres pronunciabat. Antiſtrophe conuerſio: hæc figura hoc differt a ſuperiore. ꝙ illa ab eadem parte orationis ſæpius incipit. hæc in eadem terminatur: ut eſt pro Fonteio. Maximus numerus e Gallia pedita

[Cicero]

tus: ampliſſimæ copiæ e gallia: eqtes nũero plurimi e Gallia. Symploce cõnexio: nam & incipit ſæpius ab una parte oratiõis: & totiens

in unam atque in eandem deſinit: Vt eſt. Quis legem tulit? Rullus: Quis decẽ uiroſ quos uoluit creauit? Idem Rull'. Polyptotõ ex pluribus caſibuſ: cũ ſæpius initium ab eadẽ parte orationiſ fiat: illa ipſa pars declinatiõibus aut nũeris imutatur per caſus: ut eſt: Senatuſ iuſſit. Senatui placuit. Senatum certum ẽ præcepiſſe. a Sẽatu delectus ẽ. Synonima ẽ comunio nõis: quotiẽs uno uerbo nõ ſatis dignitatẽ rei aut magnitudinẽ demonſtramus. Ideoq; ad eandem ſignificationẽ plura conferimus. Tautologia eſt eadem pluribus uerbis ſignificatio. hoc differt a ſuperiore. ꝙ ibi ſinguliſ uerbiſ eadẽ res: in hac plurimis ſignificatur. Climax ẽ aſcẽſus: ut ẽ Cicerõis

[Cicero]

pro Milone. Neque uero ſe populo ſolũ: ſed etiã ſenatui commiſit. neq; ſenatui modo: ſed etiam publicis ſociis & armis. neq; his tãtu; ſ uerum ẽt eiuſ poteſtati: Cui ſenatus totam Rempub. cõmiſerat. Aſyntheton ẽ ſolutum: ut ademptis coniunctionibus: quibus uerba aut nõia connectuntur: ſingulatim unũquenq; nunciamus: ut ẽ: Expecto ui; edicti: ſeueritatẽ prætoris: fuco oratori: cupio: ſupplico octuplo danari Aphronium. Diezeugmenon diſiunctum appellamus: cũ diuerſis redditionibus uerboꝝ Cola diſiungimus: ſiue duo ſiue plura hoc mõ. Capuã colonis deductis occupabunt. Tadelã præſidio cõmunient. Numeriã cum hac multitudine ſuoꝝ obtinebunt. cætera oppida præſidiis deuinciẽt. Antizeugmenon iniunctũ: Hæc figura a ſuperiore hoc differt. ꝙ ibi ſingulis mẽbris ſingula diuerſa redduntur. Hic plura in uno coniungimus: ut eſt: Quorum ordo ab humili fortuna ſordida turpi ratione abhorret. Hoc enim poſtremum abhorret prædicta coniunxit.

Pleonaſmos eſt plus neceſſarium: cum uerba quædam dicimus non enunciandæ rei neceſſaria: ſed magnitudinis cumulatæ: ut ſi dicas. Antonius ille: cum ſuffecerit nomen dixiſſe: ad amplitudinem adiicimus ille. Eclypſis eſt detractio contraria ſuperiori figuræ cum uerbo aliquo minus dicto rem ſentiendam potius prætermus ipſa celeritate gratiſſima. Hæc ſunt elocutionis figuræ: quas quide; non oportet uelut ſtudioſe copulatas in unius conceptionis ſententiam conglobari.

De Memoria.

Nũc ordo præcepta mẽoriæ ſubmiſtrat: Quã qdẽ cõſtat eẽ naturalẽ: S; & arte adiuuari poſſe ñ dubiũ ẽ. Hæc arſ ãt breuib' preceptiſ ſ; magna exercitatõe forãt: Cui' artiſ hoc mun' ẽ: ut nõ tãtũ firma:

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Verum ēt celeri comprehēſione res uerbaq; percipiantur. Tenēda
uero ſūt non ea tantum: quæ a nobis inuenta ſunt: ſed ēt quæ ab ad
uerſario in agendo tractata ſunt. Simonides huius rei præcepta iue
niſſe perhibeẽ poeta: Idēq; phūs. Cum. n. cōuiuii locus ſubito cor
ruiſſet: nec poſſent propinq obtritos internoſcere diſcumbētium or
dinem: noīaq; mēoria recordante ſuggeſſit: Quo admōitus intelle/
xit ordinē eē: q memoriæ præcepta conferret. Is uero in locis illu/
ſtribus meditandus ē: In qbus ſpēs rerum: ſentētiarumq; imagines
collocandæ ſunt: Veluti nuptiaꝝ uelatam flāmeo nubentē: aut ho
micidæ gladium: uel arma detineas: Quas ſpēs locis tanq̄ depoſitas
mēoria reddat. Nam ſicut id: quod ſcribitẽ cæra continet & litteris.
Sic ꝙ mēoriæ mandatur in locis tanq̄ in cæra paginaq; ſignatẽ. Ima
ginibus uero quaſi lr̄is reꝝ recordatio continetur. S; ut dixim⁹ ma/
gnam exercitationē res laborēq; conqrit. In qua illud obſeruari cō
pertum ē ſolere: ut ſcribamus ipſi: quæ facile uolumus retinerẽ. De
inde ut ſi lōgiora fuerint: quæ ſunt ediſcēda: diuiſa per partes facili
us inhæreſcunt. Tum apponerẽ notas rebus ſingulis oportebit his:
quas uolumus maxime retinere. nec uoce magna legenda ſunt: Sed
murmure potius meditanda: & nocte magis q̄ interdiu maturi⁹ ex/
citari memoriam manifeſtum ē. Cum & late ſilētium iuuat. nec fo
ras a ſenſibus uocatur intētio. Eſt qdem mēoria reꝝ atq; uerborū.
Sed non ſemper ediſcēda ſunt uerba: niſi ſpatiū meditandi tēpus in
dulſerit. Sat erit: cui res ipſas animo tenuiſſe: præſertim: ſi nihil eius
munere naturali prouenerit.

De Pronunciatione.

Actionē apud ueteres appellabam: quam nunc Pronunciationē
uulgo dici non neſcio. Ea præſtat orō: ut concilieẽ auditor: ut ad fi
dem perſuaſione ducatẽ: & aīorum motibus incaleſcat. Eius par
tes ſunt tres. Vox. Vultus. Geſtus. His: ut pleriq; putant: cultus
uel habitus oris accedit. Vox & natura cōſtat: & quadā ſcia modifi
cata ſeruatẽ. In natura qualitas uocis & quantitas diſpenſatur.
Sciētia uero quo mō ea utariſ aſſequitẽ: & quid oporteat obſeruare.
Bonitas uocis conſtat claritate: firmitate: ſuauitate: Quæ oīa nutri
untur cibi: potus: coitus obſeruantia. præcipueq : ut corpus deābu
lādo moueatẽ intra breue ſpatiū reditu maturato: Qui motus cū di
geſtionē facilem præſtet: ſine dubio purgat. Et uoce; nimia excur/
ſio: uel longa deambulatio extenuat ac fatigat. Poſt hanc deambu/

Simonides

lationem ſtatim nos ad ſtudia cōferamus priuſq; q̄ ſit dicēdum uo
cem lectione coloremus. Nec ab initio clamandum: ſed tenui mur
mure inchoandum: Quo in ſimilem uocem: poſſis efferre. Ad
curandam autem uocem pleriq; pertinere dixerunt: ut ſedentes pau
ciſſimos uerſus lenta & graui proferant uoce. Deinde per gradus
paulatim erigat ſonum: per eoſdemq; gradus recolligatur oratio:
quo ſine damno ad murmur uſq; perueniat. Vultus uero pro
ſententiæ dignitate mutandi ſunt: Sed non ita: ut hiſtrionibus mos
eſt: Qui ora torquendo ridiculos motus ſpectantibus præſtant. Si/
gnificanda enim nō ſpectanda ſunt iſta: quæ actio uultuſque com/
mendat: Sed oculorum in hac parte magna moderatio eſt: qui tum
hilaritate: tum intentiōe: tum minaci mouentur aſpectu: Nec nimi/
um grauioribus ſuperciliis præmendi: aut petentibus frontem nu/
dandi ſunt oculi: Quod in Piſone Tullius amare uituperat. Nec
mollius agitandi ſunt geſtus: Haud muliebriter latera deducenda
ſunt: Nec iactanda deformiter ceruix: ne in illas Hortenſii deduca/
tur illecebras: Quibus & ſi uenuſte: tamen non uidebatur uti uirili
ter. Ad ſummam non is geſtus oratori tenendus eſt: Quo ſcænæ
placere uidentur actores. Manus in contentionibus fuſa porrecti/
us. In ſermocinatione uel narratione contracta: præcipueq; in hac
parte præſtandum eſt: ut deceant cuncta. ꝙ prudentia magis q̄ ulla
præceptionis huius arte ſeruatur.

De partibus Orationis.

Iam nunc ordo admonet promiſſorum: ut partes orationis ex/
curram: Quas quidam ſubtilius duas. Alii quinq; non plures eſſe
dixerunt: Qui autem duas aſſerunt: Vnam: qua docemus iudices:
Aaliam: qua mouemus. Aduertunt & in docendo: tam narrationē
q̄ confirmationem partes aſcribunt. In mouendo autem prohœmiū
& epilogum nexuerunt: Quia & initio præparandus eſt: & commo
uendus ſententiam prolaturus auditor. Qui uero quinq; dixere
partes: rationalem ordinem perſequuntur. Nam eſt Exordiū: Nar
ratio: Propoſitio: Argumentatio: Peroratio.

De Exordio.

Exordium eſt oratio noſcendæ cauſæ præparans auditorem.
Eius uirtutes ſunt tres: ut attentum: ut docilem: ut beniuolum fa
ciat auditorem. Attentum facimus: ſi magnã rem geri: ſi nouā:
ſi publicam aut plurimam dicimus. Docilem: ſi de cauſa aliquid

Nec ab initio clamandum.

Cicero

Hortensij

Exordiū
Narratio
Propositio
Argumētatio
Peroratio

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſtricti: quo inſtruamus iudicem: proferatur. Beniuolum aut a re: aut a perſona facimus. A perſona autem: aut a noſtra: aut iudicu3: aut aduerſariorum. A noſtra: ſiquod fauorabile geſſimus: commemoramus. Aut ſiquid obeſt cauſæ diluimus: uel extenuamus. A iudicum: ſi eos nobis uel ex cauſæ ipſius blandimentis: uel extrinſecus conciliamus. Ab aduerſariorum autem perſona tribuſ modis: Si eos in odium: in inuidiam: in contemptum adducimus. In odium: ſi ſceleſtos crudeleſue doceamus. In inuidia3: ſi eos impotentes eſſe monſtremus. In contemptum uero: ſi humiles.

Cæterum exordiorum genera ſunt duo. Principium & Inſinuatio. Principium eſt: quo ſtatim ſimpliciter palamq3 conciliamus nobis auditores. Inſinuatio: cum inſidioſo exordio iudicem circūſcribimus. In quo modi ſunt quatuor. Primus: cum res ipſa mala eſt. Alter: cum aduerſum nos iudex aliquid contraria opinatione præſumpſit: aut fatigatus eſt. aut acclamatio uel irriſio ulla interuēit.

[margin: Principiū / Inſinuatio]

Ante cuncta diſcutiēdum: quæ ſit forma materiæ! Nam ſunt quinque. Honeſta: Turpis: Dubia: Humilis: Obſcura. Si honeſta e: aut principio non utendum: aut amplificatione exordium concludendum. Si turpis: Inſinuatione utendum. Si dubia: beniuolus faciendus auditor. Si humilis: attentus. Si obſcura: docilis. Inſinuatio uero quatuor modis explicatur. Cum aut perſonā rei ſubiectione mutamus. Aut rem perſona: aut rem re. aut perſonam perſona. Nam ſi in cauſa meretricis agendum eſt: Rem potius iudicibus ſpectandam eſſe dicimus. Aut ſi libertus alicui⁹: aut clienſ agat perſona3 patroni. Non huius conſiderandam eē admoneamus: atq3 ita cætera. Vitia uero exordiorum iſta ſunt. Vulgare: quod in omnes cauſas cadere poteſt. Cōmune: quo etiam aduerſarius uti poteſt. Contrarium: quo melius aduerſarius uteretur. Affectatum: quod aut uerbis inuſitatis: aut rebus externis profertur. Superuacuum: quod neq3 attentum: neq3 docilem: neq3 beniuolu3 facit auditorem. Fugiendum præterea ne ſatis longum & obſcuꝝ ſit.

De Narratione.

Narrationū genera ſunt quatuor. Hiſtoria. Fabula. Argumentum. Negocialis uel iudicialis aſſertio. Hiſtoria eſt: ut Liuii. Fabula neq3 uera ē. neq3 ueriſimilis: ut Daphnim in arborē uerſam. Argumētum eſt: quod non facta: ſed quæ fieri potuerunt: continet. ut in comœdiis patrē timeri: & amari meretricem. Iudicialis aūt narratio ē reꝝ geſtaꝝ: aut ueriſimilium expoſitio.

[margin: Negocialis uel iudicialis aſſertio.]

Narrationis aūt laudes tres ſunt: Vt lucida ſit: ut ueriſimilis: ut breuis. Et his contraria uitia uocanſ. Lucida ē narratio: ſi non confuſa: ſi uera: ſi uſitatis ſignificationibus: Si non longo circuitu rem monſtremuſ. Veriſimilis: ſi nihil affectate & quaſi ex natura expōeſ uideamur. Breuis: ſi non ultra q̄ res exigit: & prolixe fundaſ aſſertio. Narrationum: Aliæ ſunt ipſius cauſæ & negocii. Aliæ incidētes. Ipſi⁹ cauſæ ſunt: ſine qbus res: quæ agiſ: intelligi non poteſt. Incidentes: quæ aut ꝓbationis gratia: aut exēpli: aut agēdi: aut iuidiæ: aut uoluptatis extrinſecus afferunſ. Nōnulli qnq3 ſpēs Narratiōis eē dixerunt: ut Theodor⁹ Bixantius græce diſcernit. προσδιήγησιν. ὑποδιήγησιν. παραδιήγησιν. ἀναδιήγησιν. καταδιήγησιν.

[margin: Ipſius cauſe / Incidētes / Narrationes]

[margin: Theodor⁹ Byzanti⁹]

Narrationis ēt elementa ſunt ſex. Perſona. Cā. Locus. Tēpus. Materia. Res. Itē Narrationum: aliæ cōtinuæ: aliæ partiles uocanſ. Cōtinuæ: quæ perpetuo contextu ſine ulla interruptione dicunſ. Partiles: qbus: uel argumētum: uel digreſſio aliqua interponiſ. Narramuſ aūt modiſ ſex. Aut augētes aliqd: aut tenuantes: Fratereuntes: aut monentes. Docētes: Gratiam: uel inuidiam comparantes. Poſt narrationē quidem Digreſſionē: quā παρένθεσιν uocāt: oportet adiungeſ; Quo uel incitamus iudices: uel delinimus. Sed quoniā pars oratōis non ē: & non ſemper arripiēda ē: eā placuit præterire.

[margin: Parentheſis .i. digreſſio]

De Propoſitione.

Propoſitio aut noſtra ē: aut aduerſarioꝝ: aut comunis. Nr̄a: ut cæde3 obiicio. Aduerſarioꝝ: Cædē me feciſſe dicit. Comunis: Vter noſtrū cædem admiſerit: quæriſ. Propoſitiōes autem principalium quæſtionum ſunt: aut incidētiu3: aut ſimplices: aut coniūctæ: Simplex: ut Luxurialis es: meretricem amas. Coniunctæ aūt per partitionem maxime proponūtur. Quæ dupliciter fiunt: aut eni3 ſimpliciter quid dicturi ſumus: oſtendimus: aut ante q̄ nobis cū aduerſario cōueniat: Quid in dubium uocetur: edicimus. Propoſitiones aut nudæ ſunt: aut rōni ſubiectæ. Nudæ: ut affectaſti tyrannidem. Rationi ſubiectæ affectaſti tyrannidē: Arma. n. domi habes. Oēs aūt ſumunſ aut ſimpliciter: aut per inductionē. Simpliciter: ut ſi dicam: Docebo proditorem. Per inductionem: ut ſi ſuperioris meminimus: & ſequentem introducimus: ut ſi dicas: Quoniam docui iniuſtam legem: docebo inutilem. Proponimus autem aut per conceſſionem: aut per prætęritionem. Per conceſſionem: cum gratiam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

faciētes eius: quod diximus prius: aliqd introducimus: ut ſi dicas:
Concedo interim occiſum: Sed ab hoc interemptū nego. Per præ
teritionē: cum ita tranſimus ad alteram propoſitionē: ne ſuperiorē
interim concedamus: ut ſi dicas: Nunc quoniam docui ignominio
ſo actionē de priuatis rebus tantum negari: Docebo de proditionis
crimine non negari.

De Partitione.

PArtitio ē: quæ ordinē totius diuiſionis breuiter comprehēdit:
Cicero — ut ē pro Quintio. Negamus te Bona Publi Quīti poſſediſſe ex edi
cto prætoris. Et primo ſic incipit: Nullam cauſam fuiſſe poſtulan
dæ proſcriptiōis. Huic ſubiicit: ne ex edicto poſſideri potuiſſe ad ex
tremum: nec poſſeſſa eē. Hæc inquit tria: cum docuero: perorabo.
Animaduertis corpus totius orationis per hæc tria liniamenta dige
ſtum eē. Talis autem debet eē partitio: ut ſingulæ partes eius pluri
mas quæſtiones in ſe contineat. Nam ſi fuerint & per incidentes quæ
ſtiunculas deriuatæ oncrabitur ipſa partitio. Et ex hoc rebunt iu
Cicero — dices rerum copiam fugiēdam. Ideo & Tullius in eadē Quintiana
ſic partitus ē: ut ſingula capita plures quæſtionum articulos conti
nerent. Etenim primū illud non fuiſſe cām poſtulandæ proſcriptio
nis. Vide quanta contineat: ꝙ pecunia debita Sexto Neuio nō fue
rit: & aliter agi oportuerit. ꝙ Quintius Vadimoniū nō deſeruerit.
ſm ꝙ ex edicto poſſidere non potuerit. ꝙ & ꝓcuratorē habuerit: Et
abſens defēſus ſit: & nō latitauerit. & cæteri creditores Quintii ſint.
Et ꝙ ante miſſum ſit: ut fundo cōi expelleret: ꝙ proſcriptio eius im
peraretur. Et quia ui deiectus ſit: contra quā prætor iuſſerit. His
Intra partitionem questiones esse ponendas. — igr̄ manifeſtum ē intra partitionē quæſtiones eē ponēdas: quæ ī exe
cutione ſint deuulgandæ: ut iudex & nobis attētus fiat: & promiſſo
rum copia non grauet. Illud ēt inſpiciēdum: quæ nobis cum di
uerſa parte conueniāt: Quæ in controuerſiam deuocētur: & ea quæ
conueniunt tunc enumeranda: ſi nobis proſunt: ut Cicero pro. M.
Cicero — Rullo ait: Dānum paſſum eē. M. Rullum: Cōuēit mihi cū aduer
ſario: ut hoībus armatis rem geſtam eē non inficiantur. A fami
lia Publii Fabii commiſſam negare non audēt. Iā dolo malo factū
ſit ambigit. Vides ergo hoc in partitione a cōceſſis duxiſſe: quod ſi
bi proderat.

De Argumentatione.

Argumentatio — Argumentatio ē elocutio: qua argumēta ipſa uerbis exeqmur.
Argumētū — Argumēta uero: quibus cauſa probat. Argumentatio diuidit

in duas partes. In confirmationē & reprehenſionē. Argumētorū
genera duo ſunt. Artificiale & Inartificiale. Sed artificiale locos ha
bet principales quatuor. Ante Rem. In Re. Circa Rē. Poſt Rē. An
te rē uero diuidit in locos ſeptem. A perſona. a re. a cauſa. a tēpore. a
loco. a modo. a materia. In Re autē loci ſunt duodecim. a toto. a
parte. a genere. a ſpē. a drīa: per ſeptē circūſtantias: q locus recipit ī
ſe etiam a maiore ad minus. & a minore ad maius. a proprio. a diffō
ne. a noīe. a multiplici appellatiōe. ab initio ad ꝓgreſſionem uel ꝓfe
ctum. a ꝑfectione. ab initio uel conſumatione. Circa Rē loci ſūt
decē. A ſimili: cuius ſpēs ſunt quatuor. Exēplum. Similitudo. Fa
bula. Imago: ideſt ueriſimile: quod de comœdia ſummit. Addūt
Apologi æsopi — qdam & apologos: ut ſunt Aeſopi. Ergo circa Rē locos exequar:
Qui ſunt a ſimili. a pari. a cōtrario per ꝓpoſitionē & negētionē. ad ali
qd: quod figuratur caſibus quatuor. Gtō. dtō. actō. abltō. Ab īter
ſe collidētibus per habitionem & amiſſionē. a maiore ad min⁹. a mi
nore ad maius. a præcedēti ab eo: quod ſimile ē: uel a cōiunctis a cō
ſequētibus. Poſt rē loci ſunt duo. ab euētu. & a iudicato. Sūt
alii loci: ἀπὸ τῆς συζυγίας. i. a coniugatiōe: ſiue a coniugatis: qđ
quaſi iunctum ē perſonæ qualitati: ut eum: q hoſtilia ſentiat: hoſtē
eē dicamus. Itē a qualitate: ut ſi iracunde fecit: ſine rōne fecerit.
A ꝙtitate: ut ſi ſeru⁹ ē: Eodē modo factū ſit. A cōiunctis: ideſt:
ἀπὸ τοῦ πτώσεως καί συνθέτου: ut faſces & toga. Sella curulis
magr̄atuū ornamēta ſunt. Itē a partitione. i. ἀπὸ τῆς διαιρέσεως.
Per oēs circūſtātias. i. cū partimur perſonas. tēpora &c. quæ uarie
tas grata diſcriminat. Inartificialia diuidunt in præiudicia. In ru
mores. In tormenta. In tabulas. In iuſiurandū. In teſtes: Quæ ſimili
ter quēadmodū & artificialia tractat orator. In argumētis autē
cauendum ē: ne in aliqua parte nobis noceant: ne inter ſe diſcrepēt:
ne uulgaria ſint: ne cū aduerſario comunia: ne alte repetita: aut ſu
pra dignitatem cauſæ: aut infra dignitatem. De Confirmatione
breuiter memoraui. Nunc reprehenſionis præcepta uideamus. Re
prehenditur enim actio aduerſarii: aut redarguendo: cum aut to
tum argumentum: aut partes eius contrafacere monſtrabimus: aut
repugnando cum docemus falſa eſſe pro ueris aſſumpta: uel ex his
non offici. Aut compenſando: ſi contra argumentum: quod aduer
ſum nos eſt: aliud opponamus.

De Quæſtionibus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quæſtionum duo ſunt genera. Dicit̃.n. προηγούμενος: quæ a nobis inducit̃ ut confirmet̃. Ab aduerſariis autẽ: quæ infertur: & repellenda ẽ: igitur dicit̃ ἀναγκαία. Verũ ſuperior: quæ a nobis quæſtio infert̃ modis fit duobus: ut aut ſingulatĩ ſeparatæ inducantur. Aut plures coniunctim. Ducimus autẽ eas uarie aut per ſimplicem propoſitionẽ. aut per præparationem: aut per figuras: quas διανοίας dicunt: Qui locus multiformis ẽ. Nam pene tot ſunt occaſiones inducẽdæ q̃onis in hoc genere: quot ſunt figuræ ſñiarum. Fit.n. & per ſolutionem.i. κατὰ διάλυσιν. aut per præteritionem. aut per conceſſionem. aut per reprehenſionem. aut per ſeiunctionẽ: aut per adiectionem.i. ἀφορισμόν. Aut per admonitionẽ. aut per diſſimulatam propoſitionem. aut per repetitam. aut per inſtructã. aut per partitam. aut per ſimilitudinem ſuperioris quæſtionis. aut reſponſionis. aut per inuerſionem.i. cum primam illam quæſtionẽ tractamus: quæ ſecunda eſt. Dehinc primam. Et eam q̃onem: quã aduerſarii intulerunt: hiſdem modis refutare poſſumus: & adiicere ſolemus: Cum aliquid aut obſcure aduerſarius poſuerit. Aut agẽdi potius cauſa dixerit q̃ probandi. Aut cum per hypophoram gradum facimus noſtræ propoſitionis. Aut cũ aduerſarii propoſitionem in noſtram partem conuertimus: quam periſtrophen uocãus. Aut cum ſecunda propoſita quæſtione primam tractamus. Et hoc faciendum uel cũ elegantiã uarietatis affectãus. uel cũ prima q̃o aduerſus nos ualde facit. Et non ẽ in primo loco ponẽda. In hypophora cauẽdum ẽ: ne plene & copioſe ponat̃: q̃q̃ aliq̃n irridendi aduerſarii cã: de quo nulla q̃o eſt: exaggeranda a nobis ẽ: ut qđ diſcrepat oſtẽdãus. Hypophoræ tribꝰ modis ſiminuunt̃. Adiectiõe uerborũ: imutatiõe: detractione. Hypophora aũt eſt intẽtio aduerſæ partis. Antipophora ẽ reſpõſio eius. Anacephaleoſis ẽ ueluti a capite cauſæ breuis repetitio q̃onum. anacephaleoſi nõ ſemper utẽdũ eſt: uidelicet quando aut partitionẽ facimus. aut quãdo in multas q̃ones cã proceſſit: ita tamẽ ut ſummã cuiuſq;: nõ parteſ partiũ retexamus: qua quidẽ utimur etiã in alia parte orõnis: cũ iudicis mẽoria fortaſſe ſuccumbet. Quæ res tunc Epimeriſmos uocat̃. anacephaleoſis tñ nulla pars orõnis eſt: Sed epilogi quãdã portio. Epilogus .n. tres hẽt partes: nũeratiõẽ prædictã: indignationẽ: quã dinoſin dicimus: miſerationem: quam ictoſin uel eleos mẽoramus: Sꝫ dinoſis ex locis argumentorꝝ. Nã his non tantũ res probamus. Verũ ẽt augẽus. Sed cõquæſtio.i. miſeratio his locis argumentorꝝ ſummitur: q̃bus & indignatio. Peroratiõe tamẽ non in fine tantũ orõnis utendum: Sed ubi materia permiſerit.i. in digreſſione principiorꝝ: aut narratiõis aſſiduæ: Sed & q̃onum non nunq̃. In Epilogo generaliter obſeruandum: ut breuis ſit. Siquidem commotus iudex ſtatim admittendus eſt ad ſententiam proferendam: Dum aut aduerſariis iraſcitur: aut tuis miſeretur lachrymis: aut rerum afflictione commotus eſt.

Sic adhuc aſſerenti innuit ipſe Cyllenius: ut ad Germanarum cœtum: nubentiſque tranſiret obſequium: Quo conſpecto aſſerta determinans ad Philologiæ conſeſſum fiducia promptiore perrexit: Eiuſque uerticem deoſculata cum ſonitu: Nihil enim ſilens: ac ſi cuperet: faciebat. Sororum ſe cõſortio: ſocietatiq; permiſcuit.

Tandem loquacis terminata paginæ.
Aſſerta curſim: qua tamen uoluminis
Vix umbilicum multa opertum faſcea
Turgore pinguis inſuit rubellulum
Quod ſi probatur: & caret faſtidio
Non nulla promet: quæ nouella texuit
Deditaque fient: quæ uetuſtas præterit.
Sin Sanna Typhi naris imum torſeris:
Pigebit arma horruiſſe Cælites:
Formidiniſque tunc locus mouebitur
Syluane falcem cum petis Saturniam.
At tu reclamans Rhetorum ſacrum tuba
Clangore uerſo Tulliana percrepans
In caſtra abibis: quo nec Oſor inuidens
Nec liuor ater te ſequatur præcluem.

Explicit Liber Quintus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Eiuſdem de Geometria
Liber Sextus.

Irgo armata decenſ rerum ſapientia Pallas
Palladis laudes — Aetherius fomes mens & ſollertia Fati
Ingenium mundi: Prudentia ſacta Tonantis:
Ardor doctificus: noſtræq; induſtria ſortis:
Quæ facis arbitrium ſapientis præuia curæ:
Ac rationis apex: Diuũq; hominũq; ſacer νοῦς:
Vltra terga means: rapidi ac ſplēdentis olympi
Celſior una Ioue: flammantis circulus æthræ
ἑπτὰς in numeris: prior igni tertia luna
Quam docto aſſimilant habitu: qui Agalmata firmant.
Hinc nam tergeminæ rutilant de uertice criſtæ:
Pallas quomodo pingatur — Quod dux ſanguineo præſulque coruſca duello:
Vel tibi ꝙ fulget: Rapiturq; triangulus ignis.
Hinc tibi dant clypeum: Sapientia ꝙ tegat orbem:
Clypeus — Vel rationis opem: ꝙ ſpumea prœlia poſcant:
Hasta — Haſta etiam uibrans penetrabile monſtrat acumen:
Lymphaſeum magis eſt: & ſcutum circulus ambit.
Oliua — Hinc iam uernicomæ frondent tibi munera oliuæ:
Artes cura uigil per te ꝙ diſcat oliuo.
Noctua — Glaucam dant uolucrem: ꝙ lumine concolor igni es:
Tuq; ignis flos es: eluis & γλαυκῶπις ἀθήνη.
An mage noctiuidæ tibi traditur alitis uſus:
Quod uigil inſomnes ducat Sollertia curas.
Medusa in pectore — Pectore ſacrificam dicunt horrere Meduſam:
Quod pauidum ſtupidet ſapiens ſollertia uulgus.
In arcibus urbium templa — Arcibus urbanis Veteres tibi templa dicarunt:
Quod ratio amplificet: quodq; eſt elatior urbes.
Hinc de patre ferunt ſine matris foedere natam
Prouida conſilia: quod neſcit curia Matrum:
Virago unde — Conſultiſq; uirum Praſis: hinc dicta Virago.
O ſacra doctarum prudentia fontigenarum
Sola nouem complens Muſis mens omnibus una
Deprecor ad proprium dignata illabere munus
Inſpirans nobis Graias latialiter artes.

Ago tibi: habeoque Diua perſoluenſque præpetes debebo grateſ quæ optatis fulcida dignaris annuere. Noſco: ueneror q; quod uidi. Parent denique iam ingreſſuræ atteſ obſequio electiſſimæ fœminarum: quæ decentem quandam: atque hyalini pulueriſ reſperſione coloratam: uelut menſulam geſtitantes ad medium ſuperi ſenatus locum fiducia promptiore procedunt. Sed quæ iſtæ ſunt! Quidue geſtitēt gerēdorum inſcius non aduerto. Hic ut lepidula eſt: & quæ totam Fabellam ab inchoamentorum motu: liminéq; ſuſceperit Satyra iocabunda: ni fallor inquit Felix meus plurimum: aſſatimque oliui q̃tunque paleſtras perluere uel Sponſi ipſius poſſet: ſuperfluo perdidiſti: Diſpendiaque lini perflagrata canum deuorante Mulcibero: Qui tot gymnaſiorum: ac tantorum heroum mem philoſophiam non agnoſcis: ſaltem cum per eam Iupiter dudū cæleſtis conſultum ſenatus: tabulamque uulgaret: cũque ad Philologiæ conciliandā conſortia Procum aſſitim connubialiter allegaret: ne tunc omnia noſcere potuiſti! Sed quia nunc Archadicum ac Medinum ſapis: præſertimque ex illo quo deſudatio: curaq; diſtrictior tibi forenſis rabulationis partibus alligata acie, induſtriæ melioris obtudit: ammiſiſſe mihi uideris & huius Matronæ memoriã; etiam eiuſdem germanā uoluiſſe neſcit. Illa nanq; parili: quã accinctam cernis officio: παιδεία uocitatur. Foemina admodum locuplex: Et quæ illa Croeſias Dariaſq; præ ſuis opes: gazaſq; deſpiciat. Hæc utpote talentorum conſcia in omniũ rara congreſſuſ. Nec cuiq̃ facile primores ſaltem uultus ſuperba committens: plerũq; tamen adhæſit: arriſitq; pauperibus: magiſque illis quos aut pedibꝰ nudos: aut intonſo crine hiſpidos: aut ſordenti conſpexit pallio ſemitectos. Denique ſi Marcum Terentium, paucoſque Romuleos excipias conſulares. Nullus prorſus erit: cuius iſta limen intrarit.

Croesias Darias → gazas — *Marcus Terentius Varro*

Vides igitur utriq; foeminæ q̃ ſit faſtuoſa cenſura: Tamen utræque Mercurialis miniſtræ: quæ ueniet officio præparatꝫ. Illud quippe: quod gerulæ detulerunt: Abacus nuncupat̃ res depigēdis: deſignandiſq; oportuna formis. Quippe ubi uel lineares ductus: uel circulares flexus: uel triangulares abraduntur anfractus. Hic totum potis eſt ambitum: & circos formare mundi elementorꝫ facies: ipſamq; profunditatē adũbrare Telluris. Videbis iſtic depingi quicquid uerbis uiſum non ualeas explicare: Nimirũ inq̃ iſta: quæ

Fastuosa censura

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Apelles
Polycletus

ueniet Apellem: Polycletumque tranſcendit. Ita quippe memoratur: poſſe omnia effigiare: ut Labyrintheus Dedalus eam credendus ſit genuiſſe. Et cum dicto proſpicio quandam foeminam luculentam: radium dextra: altera ſpæram ſolidam geſtitātē: amictamq; leuorſu; peplo: in quo ſyderum magnitudines: & meatus circulorum menſuræ: connexioneſq; uel formæ: Vmbra ēt Telluris: in cælum quoq; perueniēs: uel lunæ orbes: ac ſoliſ auratos caliganti murice decolorans inter ſydera uidebat. Ipſam uero uernātis athræ colore refulgebat. Deniq; etiam in uſum Germanæ ipſius Aſtronomiæ crebrius cōmodatum. Reliqua uero uerſis illitum diuerſitatibuſ numerorum: Gnomonumq; ſtiliſ: interſtitiorum ponderum/menſurarumq; formis: diuerſitate colorum uariata renidebat: crepidas peragrandæ telluris cauſa: eaſdemq; parmēſo orbe cōtritas Viatrix infatigata geſtabat: Quæ quidem ingreſſa Senatū Deum: l; quot ſtadia e terris in cælum: quotq; ulnas: quot deniq; digitos permenſa ſit: inſtanter abſoluere: tamen Iouiali: cæleſtiumq; maieſtate contracta ad illam Abaci renudati menſulam circumſpectans: cameræ exterioris ornatum: & laqueata ſyderibus palacia properabat.

Conſtitit attonito ſpectans ſtellantia uiſu/
Et decuit criniſ: puluereique pedes.
Ipſa etiam leua Spæra fulgebat honora
Aſſimilis mundo: ſyderibuſque fuit.
Nam globus & circi: zonæque: ac fulgida ſigna
Nexa recurrebant: arte locata pari.
Tellus: quæ rapidum conſiſtens ſuſcipit orbem:
Puncti inſtar medio hæſerat una loco.
Hanc tenet & uitreis circumuolitabilis auris
Aer complectens imbrificabat aquis.
Quæ tamen immenſo: quo cingitur illa profundo:
Interriuata marmore tellus erat.
Texerat exterior: qui fulget circulus orbis
Aetheris aſtrifico lumina multa peplo.
Hinc nitidus rutilum Titan ſuccenderat orbem:
Moxque imitata pium lactea luna diem.

Hic igitur furuæ oculos ſplendeſcere noctis
Cerneres ex auro: ut ſacra flamma micat.
Sic Cypris oceani perfuſo ſydere lymphis
Lucifero annuerat lumina tota ſuo.
Omnia compar habet paribus ſub legibus ordo:
Nec minus hæc mira eſt q̄ domus alta deum.
Hanc mundo aſſimilem ſtupuit Trinacria tellus
Archimedæa aſtrificante manu.
O felix cura: & mentis prudentia maior
Corpore ſub noſtro æquiparaſſe Iouem.

Tandem igitur reglutinatis ab æthræ interuibrantis admiratiōe luminibus decenti colluſtrans diuos: Conſpectanſq; cēſura: cū oībus reuerēda uenerabili dignitate: & magiſtra caterarum: quæ notæ ditiis ſunt artibus diceret: exquiſitum ē eruditionis arcanum: ut ab ipſis præceptionis cunabulis auſpicata depromeret. Tum illa remoto paululū obſtaculo cōtracti crinis a facie: oriſq; luculēta maieſtate reſplēdenſ: atq; Abaci ſui ſuperfuſu; puluerem mouenſ: ſic exorſa. Licet Archimedem meum inter philoſophos conſpicata: Euclidemq; doctiſſimum inaſtruendæ præceptionis excurſus potuerim ſubrogare: ne impolitum quicq̄ ſubſiſteret aſſertorꝶ: aut profunditas caligaret: Tamen congruentius ipſa uobiſcum: quia Cyllenium excludit ornamen. Illi etiam Helladica tantummodo facultate nihil effantes latialiter atticiſſant: Quæ etia; ipſoſ edocui: Quod nunq̄ fere accidit: Romuleis: ut potero: uocibꝰ intimabo: ac prius uocabuli mei promenda ratio eſt: ne indecenter exquallentior peragratrix cælicolarum auratam curia;: & interſtrictum Cylindris gemmantibus pauimentum rurali reſperſura puluere credar intraſſe.

Archimedes
Euclides
Helladica facultat

GEOMEtria dicor: ꝙ permeatam crebro: admenſamque Tellurem: eius quoq; figuram. Magnitudinem: Locu;: Partis: & ſtadia poſſim cum ſuis rationibus explicare. Neq; ulla ſit in totius terræ diuerſitate partitio: quā nō mēoris curſu deſcriptiōis abſoluā. Quo dcō: quoniā fuerāt in Deoꝶ ſenatu q̄ plures: q neq; toti terris eſſent: neque ipſi unq̄ dicerent ſe calcaſſe tellurem. Ipſe etiam Iupiter curioſius totius terræ latebras uellet exquirere: credo ne necubi decētes puellas: iſto quoq; ſæculo is uerſiformis cupitor audiret.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hoc igitur promere Geometria primum iubet: ac demum cætera aſtruendæ præcepta artis aperire. Tū illa. Formam totius terræ non planam: ut æſtimant: poſitōi: q eam Diſci diffuſioris aſſimilāt: Neq; concauam: ut alii: qui deſcendere Imbrē dixere telluris in gremium: Sed rotundam: globoſam etiam ſicut ſecundus Dicearchus aſſeuerat. Nāq; ortus obituſq; ſyderum non diuerſus pro terræ elatione: uel inclinationibus haberetur: Si plana diffuſis mundanæ conſtitutionis operibus uno eodemq; tpe ſupra terras & æquora nituiſſent: Aut item ſi emerſi ſolis exortus cōcauis ſubductioris terræ latebris abderet. Sed quoniam poſterior aſſertio mage deſpicabilis opinationis caſſæ uilitate tenuatur: Illam priorē: cui ēt phyſicus Anaxagoras acceſſit: præſtat exigere: Quāuis non nullas credatur aſtruere rōnes. Quippe dicit planā terram ortu occaſuue ſolis: aut lunæ perſpicue comprobari: Qui mox: ut primi lumis fulgor emerſerit: confeſtim ad obtutus noſtros directis lineis diriguntur: Quod magis indubitabilis probamenti fiet: ſi in littore conſiſtentes obſtacula montium relinquamus: Quod ſi ita eſſet: cunctis ſupra terras degentibus: eodē tempore emergētia uiderentur: occaſuſque uno obitu condita cunctas ualerent tenebrare terras: ac falſa Romulei Vatis exploderet aſſertio: qua docet:

Noſque ubi primus equis oriens afflauit anhelis:
Illic ſera rubens accendit lumina ueſper.

Quin etiā cunctæ noctes ac dies ſimilibus interſtitiis: horiſque ſemper paribus conuēirent: Nulliq; parti telluris uel apparerēt certa: uel alia ſydera negarētur. At cū Arctoa conuerſio ſupra uerticem uoluatur heſperiæ apud Troglodítas Aegyptūq; cōfine ignoto occultoq; penitus ſydere neſcit. Cū Canopū ac Berenices crinē ſtellas admodū prænitētes Scythiæ: Galliæq;: atq; ipſa prorſus nō cernat Italia. Cū illæ antarcticis terris conſpicuæ ac prænitētes: & uelut perpēdiculatæ capitibus ſuſpectētur. In Alexandria etiā Canopos quarta parte Interſtitii ſignilis ultra terras emineat: Trioneſque geminos & deuexa non cernat. Cum in Arabia Nouēbri mēſe ſub noctis auſpicio helice nō conſpecta ſecunda uigilia proſpectet.

In Meroe ſolſtitio tātū exiguaq; breuitate conſpicitur: Vbi circa ortū Arcturi cum die naſcitur. Quæ itē; in India patauitano portu prima tantum parte noctis aſpicitur: In qua etiā in Maleo mōte qndecim tantū diebus annuis uidet. Quis igitur dubitet & globi

[Marginalia: Dicearchus · Forma terræ · Anaxagoras · Canopus · Berenices crinis · Alexandria · Arabia · Meroe · Patalitanus portus in India · Males · lege patalitano ex plinio libro 2. ca 75]

[Marginalia: qui deceptus fuisse uidetur depravatis plinij uerbis acceptis q appellatiuis nominibus pro nomine proprio auctoris lege secundi lib ei caput 172 · plinio 2. ca 172 & cornelio tacito libro 14]

deuexiori ſoppoſitu: Alia incōſpicua fieri: atq; alia uelut ſpæræ curuationibus eminere. Addit ad fidē globi rotundioris ambigētibus aſſerēdū: q ſolis lunæq; deliquia in occaſu facta orietis incolæ nō uiderunt. Itemq; in ortu ſi accedant: a tota Britānia atq; occaſiuis regionibus ignorant: ēt in mediis plerumque regionibus horarum diuerſitatib⁹ uariant: Sicut in magni Alexādri uictoria lunā noctis ſecunda hora defeciſſe Seruius nobilis in Arabia nunciauit: Quod in Sicilia in exortus primi ſplendore conſpectū Alpiano & Fonteio Conſ. undecimo Kalēdas Maii defectus ſolis fuit: Qui in Cāpania diei ſeptima uiſus. In Armenia eiuſdē diei undecima comprobatur. Quod factum ē utiq; ſpæræ circuitu moras per inflexus rotunditatis ſubinde uariāte. Deniq; ipſa uaſa: quæ Horoſcopa: uel horologica memorant: pro locoꝝ diuerſitatibus immutata cōponuntur. Alio q Gnomone ultra qngenta ſtadia diſcernuntur. Vmbris p locoꝝ aut elationibus celſis: aut inclinatiōibus infimatis. Hinc ēē q in Meroe longiſſim⁹ dies duodecim æqnoctiales horas & alteri⁹ Biſſem ſecat. Alexādriæ quatuordecim. In Italia quindecim. In Britānia decē & ſeptē. Solſtitiali uero tēpore: cū cæli uertice ſol inuect⁹ ſubiectas leuorſum terras perpetui diei continuatione colluſtrat. Itemq; brumali deſcenſu ſemiannuam facit horrere noctem. q in inſula Tile compertum Pytheas maſſilienſis aſſeruit. His tēporū diuerſitatibus aſſertum: ni fallor: globoſam rotunditatis flexib⁹ habendam eſſe tellurem. Seqtur: ut quem mundi locum: quāue granditatem ſortita ſit: approbemus. Circulum quidem terræ ducentis quinquaginta duobus milibus ſtadioꝝ: ut ab Heratoſthene doctiſſimo gnomonica ſupputatione diſcuſſum. Quippe Scaphia dicuntur rotunda ex ære uaſa: quæ horarū ductus ſtili in medio fundo ſui proceritate diſcriminat: Qui ſtilus Gnomō appellatur: Cuius umbræ prolixitas æquinoctio centri ſui extimatione dimenſa: uigies quater cōplicata circuli duplicis modum reddit. Heratoſthenes uero a Syene ad Meroen per menſores regios Ptolomæi cert⁹ de ſtadiorum numero redditus: quotaq; portio telluris eſſ aduertēs: multiplicanſq; pro partiū ratione circulum: mēſuramq; terræ incunctanter quot milibus ſtadiorum ambiretur: abſoluit.

De Poſitione Terræ.

Comperta eſt terræ breuitate rōnabili: magnitudo locuſ eiuſdē ac poſitio doceat: Quā in medio imoq; mundi imobilē ſtare mul

[Marginalia: Rotunditas terræ probatur ex eclipsibus ex plinio libro 2. cap · Seruius nobilis · Alexander M. · Vipsanius · Fonteius · Coss · Horoscopa · Horologica · vasa · Gnomon · Meroe · Alexandria · Italia · Britannia · Pytheas massiliensis · Tyle · Scaphia uasa que supra appellauit horoscopa siue horologica · Gnomon qd]

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Terra in medio

tiplicibus monſtraſ aſſertis:quæ ſibi ante cōſtitutionē mundi in eo
dem loco fuerit:exquo moueri non potuit. Ac dehinc diuulſis a cō
fuſione primæ commixtiōis elementis undaru; imenſa & uolubilis
latitudo:aeriſq; halitus undique ſecus circa terræ ſtationem diffu/
ſus arctarit:mediumque fecerit:Quod teres ac uolubilis circūclu
ſit:ſiue q̄ i ſpæra efficitur imum omne:quod medium ē:dum pari/
bus ab extimæ rotunditatis ambitu lineis qcqd eas ſubſtinet:conſti/
patur. Imum uero iam neceſſe ē ſui extremitate conſiſtere:qa iferi
us:quo decidat:non eſt. Oia ēt pondera in eam deſuper cadunt: ut
Imber:grando:nix:fulgura.atq; ipſe:q in eius penita præcipitatur
Oceanus:& fluenta latentia:quæ fundo uoluuntur i imo. Vides
igr̄ eas:quæ undis:cunctaque ſuſtētat:arctatá ex oibus nihil ſubii
cere:quo ſecedat. Medio igr̄ credenda ē:qa poſtrema:q̄ præſerti a q
noctialis temporis iterſtitia manifeſtant. Nam pares horarū metas
tam ante meridialium q̄ ēt poſtremarum: & tam diei q̄ noctis horo
logia manifeſtát:Quo documento clarum ē:tantundem undiq; ſe
cus ab terris abeſſe cælum:Quod item duobus circulis edoceſ: ſol/
ſtitiali & brumali. Nā utiq; qtum iterſtitii dies h;:cum cæli culmi
na ſol elatus illuſtrat:tátum ſpatii longior nox:Cum ſol i bruma;
decidens repreſentat. Itēq; qcqd ſingula ſigna zodiaci itercapedine
loci cōtulerit:tantūdem ſole econtrario rutiláte umbris noctis igno
ſcunt:Quod utiq; undiq; uerſum probat tantundem circulos ſyde
raque diſtare:mediamq; tellurem eē. Quod utiq;:ſi congrue uideſ
aſſertum:iam partes eius:quas ipſa permenſa ſum:perhibebo.

Meridialiū

De quinq; Zonis Terræ.

Orbis terræ in qnq; zonas:ſiue melius faſceas dico:pro reru; di
uerſitate diſcernit:Quaꝝ tres intēperies multa a cōtrarioꝝ nimieta
te relegauit. Nā duæ:quæ axi utriq; cōfines algore imēſo & frigori
bus occupatæ deſertiōis cás pruinis mergētibus præbuere. Media
uero flāmis atq; anhelis ardorib⁹ torridata ꝓpiquantes aiantū ibu/
rit acceſſus. Aliæ aūt duæ uitalis auræ halitu tēperatæ hitationē aia
libus idulſerūt:quæ qdē per toti⁹ rotunditatē telluris icuruæ tá ſu
pernū hemiſpæriū:q̄ iſerius ambierūt. Ná utiq; terra duas ſibi par
tes hemicycliorū quadá diuerſitate deſpicit.i. uná hēt ſupernate;:
quá nos hitamus:& ambit oceanus. Et aliá infernatem. Sed hæc ſu
perior initiū hēt a ſolari ortu. Illa ichoat a ſolis occaſu:quē circu
lum græci ὁρίζοντα perhibēt. Veꝝ qa illæ zonæ uolubilitatē utri

Zonæ — Idē — Faſceæ

Nimietate

Indulſerunt

Supernate — Infernate

Orizon

uſq; partis includunt:decē utrinq; circulo ſuo faciūt regiones: e q
bus hæc:quæ a nobis hitaſ:ē una:atq; ad aqlonē uerſus & ſeptētrio
nes aſcendit. Altera:quæ ecōtrario ad meridiē atq; auſtrū ferſ:quā
habitare illi æſtimanſ;qui uocanſ ἀντοίκοι. Similiter ex infernati
bus duæ:Sed hi:qui nobis obuerſi Antipodes mēorant:qui contra
illos:quos ἀντοίκους diximus: Antichthones appellant. Sed nos
cū illis diuerſitas tēporū uelut quadá cōtrarietate diſcriminat. Na;
cū æſtate torremur: illi frigoſ cōtrahunt. Na; cu; hic uer pubeſcit
florētibus pratis:illic edomita æſtas tēporibus autūneſcit. Hic bru
ma:ſolſtitiū illic apparet. Nobiſ arctoa lumina ſpectare permiſſu;:
illis poenitus denegatū. Antipodes aūt nři unū nobiſcū tractū per/
ferunt hyemis:& flagrantia cōis æſtatis;ſed noctē; diuerſam: dieiq;
cōtrarios:l; æſtate grandes dies:prolixaſq; hyeme noctes. Nobiſq;
ſeptētrio cōſpicabilis illos lateat ſine fine. Ita ēt his:q ἀντοίκοι uo/
canſ:Antipodes ſui quatuor anni tēpora nouē cōia:ac polū: qui ē
ad auſtrū antipodib ſuis:nobiſq; penitus ignoratū ſoli ſuſpiciunt:
Qui át in media faſcea ſunt:Hii quotidie ortus:occaſuſq; mutanſ
Et ſupra quos ſol eſt:his citius exoriſ: Tardiuſq; merſat. Aequo/
ctiali aūt tpr̄ & oriēs & occidens ſimiliter apparebit: neq; ulla aſtra
ſunt:quæ illoꝝ obtutibus denegenſ:& quæ una illis oriunſ:ſimul
ueniūt in occaſu;:Hi dies cūctos pares ſuis noctibus intuenſ:Nec
ullas meridiáno die metiunſ umbras:Eorūq; antipodes dies:nocteſ
que ſub eadē lōgitudine patiunſ. Cū aūt ſolſtitii ꝑperātia peragen
di per eoſdē tranſeat/& iá brumá itidē ſol reuertēs ſimiliter per illos
iter ducat:& ꝓcul ab his utrinq; ſecedat. dubiū non ē:quin bis hye
mem:& ſecūdo patianſ æſtatē:Quibus cū ortus ſolis ē:eoꝝ antipo
dibus apparet occaſus. Veꝝ illæ duæ regiōes:quas faſceas ite; dixi:
quarū una uicinátis plauſtri algore cruſtaſ. altera trás auſtrini ha
litus deſertione cōtrahiſ:antipodas ꝓprios nō hēnt:ſed ipſa ſibi in/
uicē cōtraria fiunt hitatiōe. antipodæq; nullos ortus ſydeꝝ abſque
planetis utrinq; nouerunt:quæ qde; illis nō ſupra caput eūt :ſed de
medio lateris oriunſ. Stellæ ēt fixæ cæli ſex eis uidenſ mēſib⁹. ſex iti
dem non apparent:ortibuſq; circulus æquinoctialis illis ē. Senaq;
ex zodiaco ſigna cōſpiciūt. Deniq; ſex menſibus:dieſq; nocteſq; pa
tiuntur:ut utriſque poli:axiſque termini ſupra uertice; uideátur:
Sed hæc prior ſeptētriōis. altera Canopi ſtellæ illuſtrata fulgoſ:cæ
tera non nouerunt.

αντοικοι.

Antoeci

Antichthones

Antipodes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

De Circuitu Terræ.

Quarū Regionum habitus prodidit doctiſſimus pythagoras.
Sed ego ipſa peragraui: nequa mihi ignota uideret portio ſupereſſe
telluris: Cuius terræ totius ambitus oīs: plenuſq; circuit⁹: ut Ro/
manorum dimenſione percēſeam: qcqd ſtadiorum ſupputatiōe me
moraui: ē in milibus paſſuum trecēties & qndecies cētenis. Quo lo
co non puto tranſeundā opinationē Ptolemæi i Geographico opeř
memoratam. Idem qppe zodiaci tractum: oēmq; cōplexum trecen/
tis. lx. cæli partibus ſecat: Quas ſingulas i telluris centrum ita æſti/
mat prouenirē: ut unius partis latitudo iſtic qngentoꝝ ſtadioꝝ mē/
ſura tendat. Singula uero ſtadia. cxxv. paſſibus explicata: quæ octo
millenos paſſus abſoluunt. Vnde qngēta ſtadia: quæ ſunt partis uni
us: milia paſſuum colligunt ſexagita duo: paſſuſque qngētos. Ve
rum illa ſtadia qngēta trecēties ſexagies cōplicata faciunt ſemel mi
lies octingētieſque ſexcēta ſexaginta ſtadia. Ex qbus milia paſſuū
partitiōe prædcā collecta faciunt ducenties uicies qnquies centena.
Hoc de totius terræ globo oportuit intimari.

De Longitudine Terræ.

Cæteꝝ eius lōgitudo ab ortu ad occaſum: hoc eſt ab ipſi⁹ Indiæ
extremitate uſque ad Herculis colūnas gadibus ſacratas octuagi/
es quinquies cētena ſeptuaginta octo milia ſunt: ſicut ēt Artemido
rus auctor aſſeruit. Nā Iſidor⁹ nonagies octies dicit & decē & octo
milia. Veꝝ Artemidorus dimenſiōi prædictæ adiicit: qcquid a gadi
bus pcurrit: Nā per Sphenis frōtē circuitu ſacri pmōtorii ad aliud
finale pmontorium: quod Artabrū nominatur: procedeř dicit ter
ram in nongenta nonaginta unum milia.

Alia Dimenſio Terræ.

Quæ dimēſio itē fieri cōpendioſior pōt: ſi per maria quis uectus
excurrat. Nā a gange fluuio: oſtioq; eius: quo ſe in Eoum effun/
dit Oceanum: per Indiam Parthienenq; ad Myriandrū urbem Sy/
riæ in Iſſico ſinu poſitā: quinquagies bis. xv. milia. Inde proxia na/
uigatione Cyprū inſulā: Paterā Lyciæ: Rhodū Aſtypaleā in Car
patio mari. Itē in iſula ſtenaꝝ Lacōicæ: uñ Lilibæū Siciliæ: & Cala/
rim Sardiniæ tricies quater qnquagita milia. Inde gadibus quadra
gies bis quinquaginta milia: Quæ menſura uniuerſa ab eo mari ef/
ficit octogies quinquies ſeptuaginta octo milia.

Item alia Terræ mariſq; Dimenſio.

Poteſt item aliud terra marique iter duci per Gangen: Eufraten
que fluuium. Cappadociam. Phrygiam. per Aegeū pelagus & La
conicū mare. Itemque per ſinus alios uſq; peloponeſſum: leucadē:
Corcyram: acroceraunīū: Brunduſiū. Romam: alpes & galliā per
pyrenæos ēt montes in oceanum ueſpertinum hiſpaniæ oram: traie/
ctumque per gades & omnis menſura. Atteſtāte Artemidoro aſſer/
tionibus meis habet milia octuagies ſexties centena octoginta quin
que. Habetis longitudinē multipliciter memoratam.

De latitudine Terræ.

Latitudo autē eius a meridiāo ſitu in ſeptētriōis caput plurimū
minor eſt. Nam utrinque intēperati aeris nimietate contrahiť. Eo
accedit ꝙ a ſeptentrionis plaga: Sarmatarum gens: copioſaque bar/
baries acceſſum indagandæ dimenſiōis excludit. Attamē quicquid
intrepidi permeare quiuit excurſio competēter admenſum: reperta
que latitudo habitabilis terræ pene dimidio minor: q̄ dcā ē collegiſ
ſe longitudo. Nā colligitur in quinquagies quater centena ſexagin
ta duo milia. Quippe a littore æthiopici oceāi: qua hītabilis primū
eſt ad Meroen. Inde Alexandriā. Rhodum. gnidum. Choum. Sa/
mum. Chium. Mytilenem. Tenedum. Sigæumq; pmontoriū. Os
Ponti. Carābim promontorium. Os Mæotidis. Oſtiū Tanais præ
dicta dimenſio comprobatur: Qui quidem curſus: ſi per maria trā
ſeatur in cōpendium ducit milia ſexcenta ſeptuaginta octo. Nunc
uſq; compertū progreſſum Arthemidorus aſſeuerat. Sed Iſidorus
adiecit duodecies centena quinquaginta milia uſq; ad Tilen ultimā
tendi: Quæ quidem opinatio mihi uidetur incerta. Nā ipſi tantūdē
latitudinis ineſſe dico: q̄tum longitudinis comprehēſum. Neq; .n.
cum rotundum telluris orbem aſtructio ſuperior: ratioq; mōſtra
rit: Impar latus globo poterit peruenire: Sz ſupradicti ſcriptores ha
bitabilem dixere tellurem.

De Rotunditate Terræ.

Rotunditatis autē ipſius extima circūfuſus ambit Oceanus: ſi
cut nauigatus undique comprobatur. Nam a gadibus per Hiſpaniæ
galliarumque flexum occidentalis plaga omnis hodieq; nauigatur
Dum autem Diuus Auguſtus claſſe germaniā circuiret: ſeptētrio
nalem totum permeauit Oceanum. Nam primum in cimbricū pro
montorium ueniens magno dehinc permenſo mari: ad ſcythicā pla

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gam:ac rigẽtes undas uſq; penetrauit. De cõſinio item ab orientis
principio & Indico mari. Pars quæ pergit in caſpium mare: a mace/
donum claſſibus remigata: dum Seleuchus & Antiochus regnauiſ
ſent. Palus uero meotica eiuſdẽ ſinus hẽtur oceani. Item leui late/
ris circumflua mẽorentur. Ab ipſis itaq; columnis Herculis: quæ
in gaditano ſunt littore conſecratæ uſq; in arabicum ſinum meridia
nus omnis permeatur oceanus: Sicut plurimis aſſeueratur exẽplis.
Nã eius maximam partem magni Alexandri ſulcauere uictoriæ.
In eodem arabico ſinu cõſtituto. C. Cæſare Auguſti filio: hiſpana/
rum nauium naufragio & eiectæ fragmentorũ reliquiæ paruerũt.
Itẽ Hãno: dũ punicũ floreſt imperiũ: Mauritãiæ circuitu: ac dehĩc
meridiani flexus excurſu in Arabiæ terminos prolixa admodũ na
uigatione peruenit. Corneliuſ auctor affirmat quendam Eudoxũ
fugientem Regis inſidias ex Arabia in gaditana perueniſſe refugia.
Cælius Antipater ſe hominem uidiſſe confirmat: Qui negociatiõis
ardore in Aethiopiam ex Hiſpania nauigaſſet: Idẽ Cornelius poſt
captos Indos per germaniam nauigauit.

De Diuiſione Terræ.

Oſtenſum puto ambitum ſuperioris terræ: permẽſo in circulũ
mari undiq; ſecus nauigatũ. Nunc ipſius diuiſionẽ: q̃tum patitur
ſuccincta inſinuatio: memorabo. Circulus omnis ſuperæ habita
biliſq; telluris: Sicut pleriq; teſtantur: in tres partes ẽ diſtributus.
Europam: Aſiam: Africamq;: Quarum primam atque ultimã in
terruptio diſſecat oceani. Nã athlantici profundi ex gaditano fræ/
to uis interſecans profunda telluris: lybicum Ibero latus abſcidit.
Et confeſtim ſe in propinq maris fluenta diffudit. Quippe a gadita
no oſtio ingreſſum interioris maris per lẽgitudinem curſus uix qn
decim paſſuum milia numerãtur. Latitudo uero ubi anguſtior qn
que: ubi diffuſa ſeptem: ubi prolixior decem milibus explicatur.
Hinc defluxere per diuerſos ſinus ſubſidenteſq; campos tot maria:
tot fragores: & q̃tũ per diuerſa æquora tumeſcit. Vndarum uero
illa proruptio interfluentis oceani leua Europam facit. Lybiamq;
dextra: & montibus utrinq; concluditur. Nam Europa Calpe: afri
ca Abyla monte deſpicitur: Qui utrinque prominẽtes dici Colum
næ Herculis meruerunt: Quod teſtimõio uetuſtatis laboris hercu/
lei limes in illis ſit conſecratus. Siquidem ultra eum progredi con/

ſumptæ telluris inuia prohibebant. Deniq; etiam hoc de eius ſa/
cræ uirtutis poſſibilitate perſuaſum: quod cum antea natura terris
maria diſpararet: Ac tanto cingi circuitu firmaret oceani montium
prædictorum effoſſis radicibus: diuulſoq; confinio camporum de
uexis: lacuniſque terrarũ in ꝓpulſum pelagus in uſũ impigræ mor
talitatis admiſit: permutans orbis faciem naturæq; diſcrimina. Hoc
igĩ fræto leuorſum Europa diſtendit uſque in Tanais fluminis gur
gitem: a quo inchoans aſia Nili itidem alueo limitaſ: qui qdem Ni
lus eandem africamq; diſrumpens telluris complexum interſecans
multitudine fluuiorum. Europam tamen interminari Propõtidis
faucibus dixere q̃ plurimi: Quæ Propontidis per anguſtam deſcen/
dens ad Meotidem quoque perfertur.

Europæ tamen principium: inchoamentiq; limen hiſpaniæ con
tributum fertili fragum: opimæq; ꝓuinciæ metalloꝝ auriq; fœtu/
ra miri marmoris: gẽmarumq; muneribus prædicandæ: Quæ qdẽ
ꝗ Iberi fluminis interriuata tractu amnis ſui meruit cognomẽtũ:
cuius illa portio: quæ athlantico confinis Oceano in gaditani fræti
littus excurrit: Bethica perhibetur. Etiam ipſa uocabulum pro/
prii fluminis nuncupatione ſortita. Quæ ab Vrcitano fine: qua ci
terior meat: Tarraconenſis dicitur a Tarraconenſi urbe: quam Sci/
piones condiderunt. Nam Pœni fundauere Carthaginem: Condi/
tas ubicunque urbes amico ſibi nomine præſignantes. Sed prædi/
ctum latus a pyrenæi Iugis in aliam prouinciam diſſecatur: Siqui/
dem Bethycæ a Septentrionali confinio Luſitania ſociatur: Cui no
men fabula a luſu Liberi patris: uel cum eo Bachantium ſociauit.
Hæc quoque cognoĩs ſui fluuio permeaſ: lʒ eam Tagus quoq; ha
renis illuſtret auratis. Oliſſiponẽ illic oppidum ab Vlyxe conditũ
ferunt: ex cuius nomine Promontorium: quod maria: terraſque di
ſtinguit. Nam ab eius ambitu inchoat mare gallicum. Et facies ſe/
ptentrionalis oceani. Athlanticus uero & occiduus terminaſ ocea/
nus: q̃tum Hiſpaniæ limitatur excurſibus. In eius quoque confi
nio equaꝝ fœtura uẽtis maritãtibus ĩoleſcit. Volucres ꝑli curſus
ipſo ſpirate fauõio. Veꝝ Bethica cũctas ubertate fœcũditatis añue
nit: quæ qdẽ hẽt Iuridicos cõuẽtus duos: Gaditanũ: Cordubẽſẽ:
Oppida cẽtũ ſeptuagintaqnq; hitantium multitudĩe frequentata:
Eadẽ uero longitudĩs dimenſione diſtenditur a Caſtulonis oppidi
fine ĩ Gaditanum oppidum ducentis qnquaginta milibus amplior

æſtimatur. Latitudo quoque in ducēta uiginti quatuor milia excurrit. At uniuerſa prouincia habet conuētus ſeptē. Carthaginenſem: Tarraconenſem: Cæſarauguſtanum. Clunienſem. Aſturum. Lucrenſem. Bracarum. Ciuitates uero in Hiſpania præter inſulas: atque alias contributaſ ducētaſ nonaginta quatuor tota complexione dinumerat. Tenditur autē per longitudinem q̄tum Agrippa dinumerat milibus quadringētis ſeptuaginta quiq;. latitudine ducentis. xxiiii. Cum finis Carthaginē uſq; protenderet: Quæ opinio Agrippæ non exiguum admittit errorem. Nam hiſpania omnis citerior a Pyrenæo in Caſtulonis finem per ſexcenta ſeptem milia longitudine protrahitur: Cuius ora paulo amplior æſtimatur. latitudo autem a Tarracone ad littus larſonis trecētis ſeptē milibus inuenitur. A radicibus pyrenæi: ubi utriuſque maris propinqtate cōcluditur. Nā paulatim diffuſior adiacet in latitudinis excremētu;.

De Monte Pyrenæo & prouincia Narbonenſi.

Idem igr̄ pyrenæus ex alio later Galliarum finibuſ admouetur: a cuius radicibus quicquid interiacet uſque Rhenum: & item inter Oceanum & montes gebēnam & Iuram gallicis regionibus attributum. Narbonenſis autem prouincia appellatur: quæ interno mari alluitur. Hæc Bracchata antea dicebatur: quæ ab Italia Iugis alpium atque amne Varo diſcernitur: cuius longitudo: ſicuti Agrippa dimenſus eſt trecenta ſeptuaginta milia paſſuum. latitudo autē ducenta quadraginta octo. In hac prouincia Rhodanus fluuiuſ ex alpibus ueniēs: per Lemannum lacum meat. Et cauſas fertilitatis ĩportat terræ germinibus ac fœcundis: Cuius ora diuerſis noīb' appellata. Nam hiſpanienſe unum: alterum Metapinum: tertiu;: quo plenior meat: Maſſalioticum nuncupatur. prouincia uiriſ opibus. frugibus memoránda: Vnoque tráſcurrēda piaculo: q illic fas fuerat hoſtias humani generis imolare.

De Italia.

Sed poſt alpium montes: qua facieſ prominentiſ naturæ ortui ſolis illuminatione perfunditur: inchoat: ac deſcendit Italia longe ante alias omnes laudibus ueteru; in urbis Romæ gratia prædicanda: Cuius principium Ligures tenent. Dehinc: quæ ubertate Soli ſacrata occupauit Hetruria Regio tam Indigetis Aeneæ fœdere: q̄ remediorum origine: atque ipſius Tagetis exaratione celebrata

exaratiōe celebrata. Vmbri mox Latiumque: atque oſtia Tyberina Dehincq; ipſa caput gentiu Roma armis: muriſ: ſacriſq;q̄ diu uiguit cæliferis laudibus cōferenda. Hæc a mari. xvi. paſſuū milibuſ diſparaſ. Dehīc littus in Volſcorꝫ nomē: ſorteq; cōceſſit. Mox Capania picēteſq;: ac lucanū littus: brutiūque cōiungit. Cuius ꝓmōtorium in meridiē auſtrūque reſpectāſ in mare ꝓcurrit. Leuaq; ala interioris ſinus fluēta cōplectit: ut ſi a primis alpib' dextrū lat': Et ꝓlixi mōtis brachiū cōtēpleris: ꝓminētias utrinq; cōponēs theatrū quoddā ſpectare uidearis undarꝫ. Lunata qppe & quodam hemicyclio: in ꝓmōtorium mēoratū circūfert. Italia deniq; ab ipſis gadibus: qua ſe fauces fræti interfluētis aperiunt. In brutiū ſinū: q ē primus Europæ: emiſſa maria cōqeſcunt. Interior uero tellus: quæ in ſuperꝫ mare: Boreāque perfert: græciæ ora ſalētinis. pediculis. apulis. pelignis. Iſtris. Liburnis: & cæteris populis obſcurioribus hītatur. Leuorſum quoq; ſe flectit. Et itē duob' ꝓmōtoriis Peltæ amazonicæ formā reddit. Dextro cornu Leucopetra tendēs: leuo lacinium. Vnde cū longa ſit ab alpibus prætoriis auguſtæ per urbē Capuam: & Rhegiū oppidum abſque recuruo flexu decies centena: & xx. milia paſſuū. Nuſq uero. ccc. latitudo eius excedit. A ſolo igr̄ Italico Liburnia Iſtriaque diſcretæ ſunt cētenis milibus paſſib': q & ab Epiro & Illyrico qnquagita. Ab Africa itra ducēta milia: ut Varro cōmēorat. Ab Sardinia. cxx. a ſicilia mille qngētis. a Corſica minus. lxx. ab Iſſa qiunquaginta. Verum omnis Italiæ circuitus tendit uigies cētena. xlix. milia. Eius umbilicus ĩ agro dicit Reatino. anguſtior plurimū eſt ad portū: quē Hanibalis caſtra dicunt. Nā uix ibi. xx. M. paſ. lata ē. Verꝫ Italia et Pado flumīe mēoráda: Quē Græcia dixit Eridanum: Hunc amnē mōs Veſulus iter mōtes alpiū elatior gignit fonte mirabili: q in ligurꝫ finibus flumē crcat: ac dehīc fluuius merſ' ĩpenita telluris ĩ parte agri Vibiēis emergit. canis ortu diffuſior. Nā ſolutis alpium niuibus: flagrátia ſolis æſtiui exuberat ultra gurgitis ripas: nullique gloriæ amnium nobiliu; cedēs. xxx. receptis flumībus adriaticū mare magna opimus gráditate perfundit. Cætera Italiæ memoranda nec poetæ tacēt: ut Scyllæum oppidum cū Crathide flumine: quæ Scyllæ pater fuit. Caribdiſque Voraginem ac Vertiginem tortuoſam Peſtana Roſaria Scopulos Syrenarum in Campaniæ amœnis antiquitus nemora Phlegræi dehinc campi: habitatioq; Circeia: Terracina prius

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

inſula nunc iuncta. Rhegium: quæ ab Sicilia cõtinẽti ſeparata: atq; in cõpenſationẽ cõnexæ telluris in iſulá religata. Formiæ ẽt Læſtrigonũ hitatione famoſæ.

De cõditoribus Vrbiũ.

Hoc loco poſſe; ẽt urbiũ percurrere cõditores: ut a Iano Ianiculum. a Saturno Latiũ. a Dane Ardeá. ab Hercule Herculaniũ ad radicem Veſuuii: a quo haud procul Põpeios: Cum boũ pompá duceret Iberorũ: ex cui⁹ laboribus in Liguria cápi lapidarii ſunt appellati. q eodẽ dimicãte ſaxis ferunt pluiſſe cælũ: Idem ẽt Ioniæ nomẽ dedit. Ná Ionẽ Naulochi filiá obſidẽtẽ uiaſ latrocinaliter iteremit.

Iapygas Iapyx Dedali filius cõdidit. Corá Dardanus. Agyllaſ pelaſgi. Tybur Cathyllus præfect⁹ claſſis Euádriæ. Parthenope dicta ab Syrenis ſepulcro hoc noie uocitata: quæ nũc Neapolis appellatur. Præneſte ab Vlyxis nepote præneſte. I; alii uelint Caculũ cõditorẽ: quẽ pignus aſſerunt fuiſſe flámarũ. Arpos & Beneuẽtũ Diomedes. Patauiũ Antenor. Pylii Metapõtũ condidere: Sed nil mea intereſt origines urbium perſcrutari.

De Inſulis Tyrrheni Maris.

Nunc quoniá cõtinẽtis terræ limes interfluẽtis frati coertione diſtinguit. Nõ alienum ẽ interfluẽta emergẽtes terras: quæ q in ſalo ſint inſulæ uocitant: præſertimq; nobilel cõmonẽr. Neq. .n. moroſa debet eẽ percurſio. Tráſco itaq; Pityuſas a Sylua pinea mẽoratas: quæ nũc Ebuſ⁹ appellat: in cõfinio Carthaginis nouæ. Baleareſ ẽt duas: colubrariá: & quá gymnaſiaſ græci dicũt: uel capraliá naufragalem. In galliæ quoq; ora: in Rhodani oſtio Metina: quæ Blaſcorum uocatur. Et tres Stoechades: quarum hæc ſunt nomina ſingularũ: Prima Themiſta. ſecunda põponiana. Tertia Hypæa: ceteraſ quee exiguas aduerſum Antipolim. In liguſtico át Mari ẽ Corſica: quá Græci Cyrnon appellauer: lõga. cl. milibus paſſuũ: lata. l. Circuitus eius oĩs diſtendit milibus. ccc. xxv. hẽt ciuitates. xxxiii. Stipa aũt citra ẽ Oglaſa iſra in ſexageſimo Corſicæ planaſia fallax nauigãtiũ: metieſq; ppinqtas. Vrgo itẽ & capraria: quá ægilõ grci dixerũt. Itẽ Igiliũ Dianiũ. Itẽ colũbaria uẽaria. Item ultra tyberia oſtia. In Antiáo palmaria: Sinõia: & in Firmiáo põtiæ. pádataria: prochyta. Ab ẽneria. Inarime a græcis dcá pithecuſa: & Megaris ẽt ĩ neapolitáo ſa ſurrẽto. In octauo miliario capreæ ſenaria dcá & Telẽtea. Item Leucothea iam africum mare ſpectans a Corſica. in octauo

De Sardinia.

~~In octauo~~

// et ænaria. uel potiꝰ ab homero inarime a græcis dicta pithe eẽ plinio euidenter

Lego Prima Prote, Meſe ſecunda quæ & pomponiana. Tertia hypate. ex plinio. l. 3. c. 5. circa finẽ

Sardinia eſt: in quo ágũſto fræto ſunt paruæ inſulæ: quæ cuniculariæ perhibentur. Item Pinton & foſſæ. Veru; Sardinia a Sardo filio Herculis appellata: habet formam humanæ plantæ. Deniq; Sandaliotes ẽ appellata: & Signoſa: q utrinq; ueſtigii formá ſignat. Verum ab oriente cẽtũ octuaginta octo milibuſ patet. Ab occidẽte centum ſeptuagintaquinq;. a meridie ſeptuagintaſeptem. a ſeptentrione centũ uigintiqnq; milia hẽt. a gorditano pmontorio inſulas duas: quæ Herculis mẽorantur. a Sulchenſi enoſin. a Caralitáo Ficariam galatamq;. Quidam itẽ non longe Balaridas dicunt: & Callode: & Heraſ lutra. Contra Peſtanũ Leucaſia ẽ: a Syrene ibi ſepulta nominata. Contra Veliam Oenotrides. Contra Vibonem Itaceſiæ: ab Vlyxis ſpecula dictæ.

De Sicilia.

Hinc Sicilia memorãda: quæ a Thucydide Sicáia: a multis Trinacria perhibetur. Sicania a Sicano rege: Qui cũ iberica máu in eandem terram ante bella troiana peruenit. Dehinc Siculus Neptunni filius: a quo nomẽ eidem cõmutatum. Na; Trinacria: q tribus promontoriis triangula cenſeat. Quippe unũquodq a Pachynno in Peloponneſſum in Meridiem uerium ſpectat quadringentis quadragĩta milibus a græcia diſparatur. Pelorus autem occaſum: Italiamq; inſpicit: quæ fræto mille qngentis paſſibus ſeparatur. Lilybæum Africæ fines uidet in centu octoaginta milibus. Ipſa autem promontoria inter ſe terreno itinere diſparant. Sic a Peloro Pachynnu; milia cẽtũ ſeptuaginta ſex. Inde Lilybæũ. cc. Inde pelorũ. cxliii. Coloniæ in Sicilia qnq;. Vrbes ſexaginta tres. Fluuii tõteſq; q̃ plures. Ac mõtis Aethnæ miracula noctibus totis uomẽtis incẽdia: Cui⁹ Crater ſtadiis. xx. patẽs fauilla Taurominiũ Catinamq; reſpergit. Magno ſtrepitu mugiẽs: & imẽſos fragores intonãs obluctatione flammarum.

De Inſulis Siculi frati.

In Siculo ẽt fræto inſulas eẽ nõ dubiũ ẽ: Africam uerſus: gaulos Melita. a Camarina. lxxxiiii. M. paſ. a Lilybæo. c. xiii. Coſſura hieroneſoſ: Cœne: Lopaduſa: Aethuſa: quá alii Eguſa dixer: & cæteræ ſũt aliæ citra ſiciliá. Ex aduerſo Metauri amnis in. xxv. M. ab Italia vii. æoliæ appellatæ. a nris Vulcáiæ. Cũ diuerſis noib⁹ prima dr̃ Lipara. ſcd'a theraſia. tertia ſtrõgile: in q̃ Aeol⁹ rgnaſſe fer: & a flãma in pxio prũpẽte: uel ei⁹ fumo: q uẽt⁹ flatur⁹ eẽt: intellexiſſe: qd' hodie quoq; ei⁹ loci icolas certũ ẽ præſentir. Quarta uero iſula ẽ didyme. Quinta Ericuſa. Pexta phoenicuſa. Vltima Euonymos.

De primo Sinu Europæ.

Hic primus Europæ ſinus Auſonii maris patet nonagitaſex mi
libus: Quiq; tres ſinus habet: Italiæ frons incipit: quæ magna Græ
cia appellata ē: Vbi amnium & oppidorꝝ copia: ac tunc portus: qui
Hannibalis caſtra dicunt: Vbi latitudo Italiæ uiginti ſolis milibus
æſtimatur.

De ſecundo Sinu.

Dehinc a lacinio ꝓmontorio ſecundus incipit ſinus Europæ ma
gno ambitu flexus: & acroceraunio Epiri terminatus ꝓmontorio:
a quo abeſt octogintaqnque milibus oppidum Croto. Ex hic præ
ter oppida: ſinuſq; q̄ plures: In mare Italia plurimū pergenſ: in Hy
druntum urbē ueit: Vbi ſuperū inferūq; mare decē & quatuor mi
libus diſparatur. Vnde in græciam breuiſſimus tranſitus: Ac dehic
Italia per populos: ſinus: urbes: fluuioſq;: montes barbaroſque q̄
plures ducitur in fines Illyrici: cuius a flumine Arſia ad flumen
Driniuꝫ longitudo pergit octingēta milia: a Drinio ad promonto
rium acroceraunium cētū ſeptuagintaduo milia. Ora Illyrici hēt
inſulas ultra mille.

De tertio ſinu Europæ.

Tertius aūt Europæ ſinus ab acrocerauniis inchoās montibuſ:
helleſponto terminat: ac ſinus hēt decē & nouem: prouinciaſque q̄
plures. Nam ibi ſunt Epirus. Acarnania. Aetolia. Phocis. Lo
cris. Achaia. Meſſenia. Laconia. Argolis. Megaris. Attica. Boe
tia. Item ab alio latere: alioque mari Phocis & Locris. Doris.
Phthiotis. Theſſalia. Magneſia. Macedonia. Thracia. Græcia oīs.

Epiros autē incipit acroceraunīis mōtibus. In qua primi Chao
nes: a qbus dcā Chaonia. Deinde mōs Pindus. Driopes Moloſſiq;
Dodonæi Iouiſ Fano inclyto celebrati. A tergo inter cæteros po
pulos Ponto iunguntur. Meſia ac Mædia Thraces uſq; ad Pontū.
Rodope mox & Hemi uidet excelſitas. Tunc colonia Butrotum:
Ambracius ſinus faucibus anguſtis æquor accipiens: in quo defer
tur amnis Acheron infernæ fabulæ error famoſus. Poſt aliquot gē
tes etiam Actium colonia cum Apollinis templo. Ex quo ipſi quo
que Deo additū cognomentum: Ciuitaſq; Nicopolitana. Egreſſos
ſinu ambracio in Ionium excipit diuerſitas populorum & oblique
apud quos inter cæteras urbes oppidum in confinio maris noīe Ca
lidon Diomedis: Tidæique ꝓgnatione notiſſimum. Dehinc influēſ
ſin⁹ Aetoliā ac Peloponeſſum diuidit. Mox in acarnania aracyn

tus. In Aetolia Ozolei: apud quos oppidum Oeanthe: in quo por
tus Apollinis. Tunc deinde in Phocidis campis oppidū Cirra. Por
tus Caleon: a quo in ſeptē milibus paſſuū introrſus oppidum Del
phos ſub monte Parnaſo clarum oraculis Apollinis. Fons ibi Ca
ſtalius. Deinde in intimo ſinu Angulus Boetiæ montē heliconem
iuxta peloponeſſum peninſula inter duo maria: Aegeum & Ioniū:
anguloſos receſſus obducens: in circuitu habēs qngenta ſexaginta
tria milia paſſuū. & per ſinus pene tantūdem anguſtiæ: unde ꝓcedit
Iſthmos appellat: in qnque milib⁹ paſſuū diuerſa maria utrinq; col
lidunt: ac latera meat⁹ abradūt. In medio hoc īteruallo: qd̄ Iſthmō
appellaui: Colonia ē Corith⁹ ſexagenis ab utroq; littorē a Piſa ſū
ma arce: quæ dē Acrocorinthos: utrūq; mare proſpectans. Ab Iſth
mo āt Achaiæ ꝓuinciæ nomen incipit: quæ ante Egialos uocabat ꝓ
pter urbes in littore per ordinē conſtitutas. Ibi q̄ pluresſ ſinus. port⁹
mōtes. urbes: & populi. Ab ipſius Iſthmos anguſtiis Hellas icipit:
a nr̄is Græcia dcā. In ea prima Attica antiqtus Acte uocitata. Con
tingit Iſthmū ſui parte Megaris dcā. In ora autē portus: cui nomē
Seyronia ſaxa. xxvi. longitudine. latitudine qnq; milibuſ paſſuum
a Myrtoo recedētibus Athenæ atq; Atticæ. Fontes ibi multi: inter
quos Callirohe prædicat. Nec athenis cedunt Boetiæ. In qbus Epi
grane arethuſa: hyppocrene: aganippe: gargaphie. poſt oppida mō
tes populique q̄ plures.

De Theſſalia.

Sequitur Aemonia: cuius a tergo mōs Oetha: Eaq; ēt Theſſa
lia nūcupat. Ibi natus Rex noīe Græcus: a quo græcia dcā. Ibi Hel
les: a quo Hellenes appellati: In Theſſalia montes notiſſimi. Olym
pus Pierius oſſa: Cui⁹ ex aduerſo pindus & othriſ Laphytarꝝ ſedes:
occaſum uerticibus intuētes. Nā pelios ortū uidet. Hi oēs montes
theatrali more curuant: ante quos ſeptuaginta qnque urbes ſūt me
morādæ. Theſſaliæ uicia Magneſia: cui⁹ fons ē Libetris poetici hau
ſtus noīe celebrat⁹. Lōgitudo Theſſaliæ habet milia quadringenta
octoginta. latitudo ducēta nonaginta ſeptem.

De Macedonia.

Macedonia poſtea. CL. populorum maximis regibus inclyta:
præſertiq; Alexādro: Qui Philippo cuꝫ nat⁹ crederet: ei⁹ mr̄ Olym
pias dracōe eū cōceptū eē mēorabat: uictor orbis: nā eaſdē peragra
tiōis & uictoriæ metas hūit: quas Liber & Hercules. Hæc tamē Ma

cedonia populos: q Edonii dicebanť: totamque Migdoniam: Pieri
am: Emathiamq; recepit in nomen. Hæc in Thracium limitem ter/
minum ducit. A Meridie Epirotis habitať. A ueſpera. A Dardanis
& Illyriis. a Septētrione paphlagonia ac peonia. Inter ipſa; & Thra
ciam amnis Strimon pro limite eſt: ab Hemi montis uertice deſluēs
In ea Rhodope: quem Mygdonium aſſerunt montem: & Athos ab/
ſciſſus a continēti Xerxe uiribus utente perſarum. Et horeſtiadam
terram ab Horeſtis & Hermionis filio: Quam uocitari non dubiu;
ē: Ibi phlegra nunc ciuitas: tunc gigantū: proeliorumque immani/
um temeritate famoſa: Quæ ſola etiam diluuio mūdi aſſeritur non
operta: quod utique præſtitit montium celſitudo.

De Thracia.

Sequitur Thracia: cuius incolæ Bardi appetitum habent maxi/
mum mortis. Et q̄ dextra parte Strimonis degunt Beſſi: & Denſe
latæ: Neſtuſque amnis: qui pangæum ambit. Nam hebrum Odry/
ſiæ niues complent: qui inter diuerſos barbaros fluens etiam Cico/
nas perluit: Quorum confinio Hemus ſex milibus paſſuum cacu/
men extollens uicinia perflatur aſtrorum: Cuius item terga diuer
ſæ gentes tenēt: inter quas gentes Sarmatæ: ſcythæ. Dein pontum Si
thonia gens hēt: quæ gloriam Orphei pgeniti uatis perfectiōe ſorti
ta eſt. Nam in Spartio promontorio ille uitam: aut ſacris: ut aiunt:
impendit: aut fidibus. Mox regio Maronea: ac Tyrida oppi/
dum: in quo equi diomedæi ſtabulati. Circa eum Abdira: Cui con
ſtructæ Diomedis ſoror ſuum nomen aſcripſit: Quod oppidum
Democriti phyſici ortu potius decoratum. Eandem Thraciam po
lydori ſepulcro ſignatam nec poetæ prætereunt. Illic promontoriu;
Ceraſchryſeon Byzantio oppido celebratū: quod a Dyrrachio. de
exi. diſtat. Eo enim interſtitio a ſe utraque maria receſſerunt: ideſt
Adrias & Propontis. Illic Helleſpontus anguſtior per ſtadia ſepte;
ab Europa Aſiam diuidit. hic quoque duæ ciuitateſ: Quaru; una:
ideſt Seſtos Europæ eſt. Abydos Aſiæ. Deinde promontoria con
traria Cherroneſi: in quo terminatur Europæ ſinus tertius. Et
Aſiæ ægeum: in quo Cynoſema dicitur locus hecubæ ſepulcro tu/
mulatus. In confinio inſula Tenedos: a qua uſque in Chium diſ
fuſior ſinus interiacet: Cuius dexterior antandros exiguitas inſula
rum. denique nauigantibus capræ ſimilitudine diuulgatur: ab eaq;

Aegeum pelagus appellatūr: ſed in Corcyræ phalario promonto/
rio effigiem nauis ſcopulus imitatur: In quem Vlixis nauim uer/
ſum fabuloſa confinxit auctoritas. Nam Creta cētum urbibus opu
lenta in ortum occaſumque porrigitur: Cui nomen ſuum Heſperi
dis filia nympharum pulchra conceſſit. Aut Curetum Rex Cre
tes: a quo Creta primo: mox Curetis nuncupata. Deinde propter
cæli temperiem Macatoneſos eſt appellata. Hæc in longitudinē ten/
ditur milibus ducentis ſeptuaginta. Latitudo quinquaginta milia
non excedit. Circuitus oīs. dlxxxviii. milibus patet montibuſ Idæo
& Dictinæo ſublimibus. Euboea uero a Boetiæ continenti mo/
dico: atque ita exiguo mari interfluente diſcernitur: ut plerūq; pon
te iungatur duobus promontoriis ad attica; uerſus Geraſto: & ad
Helleſpontum Caphareo decoratur. Huius latitudo ultra ſecūdu
miliarium intra quadrageſimum contrahitur. Longitudo toti
us Boetiæ ab attica uſque Theſſaliam centum qnquaginta milibuſ
numeratur. Circūferentia uero trecentis ſexaginta qnque milib⁹ ex
plicata. Huius oppidu; Calcida ex aduerſo Aulis & Cariſtos mar
moreis fluctibus concolora. In Myrtoo autem mari ciclades: qua
rum notiores Delos & Antandros: Quæ nomina a circulata ordina
tione ſortitæ. Item ſtrophades: quarū Naxo Homeri ſepulchro
uenerāda. aliæq; q̄ plures per ſeptuaginta longitudinem: & per du/
centa latitudinem ducunt: Inter cherroneſum & ſamothracen quæ
dam loca uaſta: nunc Barbarica.

De Quarto Sinu Europæ.

Quartus uero & magnus Europæ ſinus ab helleſponto incipiēſ
Meotis oſtio terminať. Nam arctum mare inter Europam & Aſia;
in anguſtias ſeptem ſtadiorum interfluens coartatur: Quas angu
ſtiaſ Helleſpontum dicunt. Xerxes Perſidis rex aggregatis naui
bus ponteque conſtructo exercitum duxit. Verum hac anguſtio
ra quadam interriuatione per octuaginta ſex milia diſtenduntur:
ac rurſum diffunditur mare latiſſimum: Iterumq; contrahitur. ſ;
maris illa diffuſio Propontis dicitur: ſecundæq; anguſtiæ Boſpho
ros appellantur: quæ quingentis paſſibus patent. Item hac Darius
Xerxis pater copias ponte tranſmiſit: Cuius ab helleſpōto longitu
do ducentis triginta nouem milibus inuenitur. Deinde ſcythicus
diffuſi maris ſinus: in quo Meotis oſtio iungitur: lacus Cimmeri⁹
Boſphorus id os uocatur: Is duobus milibus & quingentis paſſib⁹

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

latus: Inter quos Boſphoros: ideſt cimerium & thracium latus in/
terpatent milia quingenta. Circuitus uero totius ponti uicies ſe
mel quinquaginta milibus: ut Varro non reticet: Quia dicit Eu/
ropæ totius longitudinem habere ſexagies ter triginta ſeptem milia/
paſſuſque qngentos. His Hiſter fluuius ortus in Germania de ca/
cumine mõtis ad nouem ſexaginta amnes aſſumens: etiam Danu/
bius nocitatur. Dehinc Littus ſcythicum conſertum multipli/
ci diuerſitate Barbarica. Nã illic Getæ. Daci. Sarmatæ. Amacrobii.
Troglodițæ. Alani: germaniæque omnis tractus. Ab Hiſtro ad
Oceanum bis decies centum milium paſſuum eſt in latitudine mili
bus quadringentis uſque ad armæniæ ſolitudines. Nec procul flu
uius. lacus. oppidum: ſub uno cuncta nomine boryſthenes propter
Achillis inſulam eius ſepulchro celebratam. Introrſus degunt au
chetæ: apud quos Hypanis naſcitur: & Neuræ: apud quos boryſthe
nes: geloni: agatirſi: anthropophagi. Et a tergo eorum arimaſpi.
Tunc Riphæi montes & Regio caligantibus tenebris inumbrata.
Poſt eoſdem montes trans aquilonem hiperborei: apud quos mun
di axis continua ratione torquetur. gens moribus: prolixitate uitæ
Deorum cultu aeris clæmentia: Semeſtri die fine etiam habitatio/
nis humanæ prædicanda. Verum Sarmatæ: Scythæ: Tauricæ tra
ctus in longitudinem habet milia noningenta octuaginta. latitudi/
ne ſeptingenta decem. Iam nil in Europa æſtimo memorandum:
Quoniam & hiperboreos ſibi aſia uindicauit.

Alia Dimenſio Europæ a Septentrione.

Si autem leuorſum poſt Riphæos montes redeas per Oceani Se/
ptentrionalis tractus te denuo per germaniæ galliarumque & hibæ
ros populos in gaditanum oſtium reuocabis. Arimphæi quippe
iam in aſia conſtituti parilem hiperboreis uitam degunt cunctis gẽ/
tibus uenerandi: ut ad eos uelut ad quoddam aſylum confugiant
metuentes. Vltra hos Cimerii & amazones ad Caſpium mare: qa
in confinio ortum eſt: ibi ſcythicum perrumpit Oceanum. poſt pli
xa terrarum & hyrcania reperitur. Cæterum in athlanticum litus
Oceani remeantes per aquitaniam extremam: Extremaque Euro/
pæ in britanniam reuertuntur: Quæ inſula iacet inter ſeptentrionem

& occaſum longa milibus octingentis: lata trecentis. Circuitus tri
cies octies uigintiqnque milia tenet. In ultimo eius ſylua Calido
nia: Inſulæque q̃ plures: Inter quas Orchades quadragita pene iun
ctæ. Item Electrides: in quibus electrum gignitur: Sed ultia om/
nium Tile: in qua ſolſtitiali tempore continuus dies: Brumalique
nox perennis exigitur: Vltra quam nauigatiõe unius diei mare cõ
cretum eſt: ſed infra confinis eſt galliæ hiſpaniæque: qbus: niſi ocea
ni Athlantici prohiberet irruptio: Africa miſceretur. Nam Velo
nenſis Bethicæ ciuitas triginta tribus milibus a Tingi oppido diſpa
ratur. Quæ Colonia eſt mauritaniæ Cæſarienſis: huius auctor op
pidi Antæus dicitur.

De Africa.

Africa uero ac Libya dicta ab Afro Libe Herculis filio: in con
finio eſt Eliſſos Colonia: In qua Regia Antæi: luctamenq; cũ Her
cule celebratur: & heſperidu; horti: Illic æſtuarium flexuoſu;: quẽ
draconem uigilem rumor ueruſtatis alluſit. Nec longe mõs athlas
de gremio cacumen proferens harenarum: Hunc incolæ adirin uo/
cant. Is uſque in confinia lunaris circuli euectus ultra nubium po
teſtatem: qui ab occaſus parte littora proſpectat Oceani: nemoroſ'
fontibus ſcatens: ſed rupibus infoecundus. Qua uero africã ſpe
ctat opim' omnis: arbores præterea gignit Cupreſſo ſimiles: odore
graues: quæ lanam obducunt inſtar ſerici precioſam. Per diem ſi
let: nocte & ignibus micat & tybiis: fiſtula: cymbalis: tympaniſque
percrepat ſatyris: ægypaniſque bacchantibus. Vltra ipſum ad oc
caſum littus per quadringenta nonaginta ſex milia ſaltus feris lybi
cis occupati. Nec plurimum diſtant ſeptem montes: qui paritate ca
cuminis fratres ſunt appellati: ſed elephantorum pleni ſunt: ac ul
tra prouinciam tingitanam: cuius longitudo centũ ſeptuaginta mi
lium eſt. Item Siga oppidum eſt e regione Malacam urbem Hiſ
paniæ contemplatur. In littore quoq; Carcenna maiuſque oppi
dum Cæſarea. Item Iocoſium æque Coloniam. Item Ruſconie &
Ruſcurius: Saldæ et: cæteræque ciuitates: atq; Igilgili: & Ruſarus.
Flumen uero ampſaga abeſt a Cæſarea. cccxxii. milibus.

De duabus Mauritaniis.

Vtriuſq; mauritãiæ longitudo decies. xxxviii. mili. latitudo. cc
cclxvii. ab ampſaga Numidia ẽ noie celebrata. Numidæ Nomades

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicti:cuius in mediterraneis Colonia Cirta:& interius Sicca atque
Bulla regia. In ora uero littoris Hippo regius ac Tabracha: Inte/
rius zeugitana regio:quæ ꝓprie uocat̃ Africa:hẽt hæc tria promõ
toria:Apollinis aduerſum Sardiniã:Mercurii reſpectãs Siciliam:
quæ in altum ꝓcurrentia duos efficiũt ſinus ab hippone Diarrytho
Deinde promontorium Apollinis.& in alio ſinu Vtica Catõis mor
te memoranda. Flumẽ Bagrada:ac ꝓpinqua Carthago inclyta pri
dem armis:nunc fælicitate reuerenda. Demũ Maxulla:Carpi: Mi
ſua:Clypeaq; in promõtorio Mercurii.Item Curubis: Neapolis.

De Secundo Sinu Africæ.

Mox alia diſtinctio Libyæphoenices uocant̃:q Bizãtiũ ĩcolũt:
quæ regio.ccl.milibus paſ.circuit:cui⁹ ſatio centeſimo meſſis incre
mẽto foenerat̃.Hic oppida Pupput.Adrumet⁹.Leptis.Ruſpæ.Ta
pſus.Thenæ.Macomades.Tacape.Sabrata cõtigẽs ſyrti miorẽ:ad
quam numidiæ & africæ ab ampſaga longitudo ſunt Milia.dlxxx.
latitudo.cc.

De Tertio Sinu.

Tertius ſinus diuiditur in geminos duarum ſyrtiũ receſſ⁹ uado
ſo ac reciproco mari:Sed minor ſyrtis a Carthagine abeſt.ccc.mili
bus; ad maiorem uero per deſerta pergitur:Quæ ſerpentibus diuer
ſis ac feris hitatur. Poſt hæc Garamantes:ſuper hos fuere Pſylli. In
deflexu ciuitas Oeenſis & Leptis magna. Inde ſyrtis maior circui
tus ſexcentorum uiginti qnq; miliũ. Tunc Cyrenaica regio:eadẽ ẽ
pentapolitana Ammonis oraculo memorata.ꝙ a cyrenis abeſt.cc
cc milibus paſſuum. Vrbes maximæ ibi qnque Berenice: Arſinoe:
Ptolomaida:Apollonia:ipſaque Cyrene. Berenice autem in extre
mo ſyrtis cornu: Vbi heſperidum horti fluuius Lethon. Lucus ſa
cer abeſt a Lepti trecentis ſeptuaginta qnque milibus. Ab ea Arſi/
noe.xliii.& deinceps Ptolomais uiginti duobus:proculque Cata/
bathmon & marmarides. Et ĩ ora ſyrtis Naſamones. Deinde mareo
tis maretoniũ. Inde Apis ægypti loc⁹:a quo parethoniũ ĩ.lxii.mili/
bus. Inde Alexãdria.cc.milia. Toti⁹ aũt africæ a mari athlãtico cũ
inferiore ægypto tricies.xl.milia. Ab oceão ad Carthaginẽ magnã
undecies milies. Ab ea ad Canopũ Nili proximũ oſtiũ ſexdecies mi
lies octuaginta octo milia.

De Interiore Africa.

Interior autem Africa ad meridiem uerſus interuenientibus de/
ſertis habet Leucas æthiopes:Nigritas:& cæteros monſtruoſæ no/
uitatis:Poſt quos ſolitudines fugiendæ ad orientem uerſus. Fluui

us Niger eius cuius nilus naturæ eſt prorſus. Inter ſolitudines de
gunt Athlantes: Qui neque ulla inter ſe nomina habent: & ſoli im
precantur:ꝙ eos cum meſſibus ſemper amburat. Hi nunq̃ ſomnia/
re uidentur. Troglodytæ in ſpecubus manent:ueſcunturq; ſer/
pentibus.ſtriduntque potius q̃ loquuntur. Garamantes uulgo
foeminis ſine matrimonio ſociantur. Augilæ inferos colunt. Gã
phaſantes nudi & imbelles externis nunquam miſcentur. Blemiæ
ſine capite ſunt:atque os & oculos in pectore gerunt. Satyri hoĩu;
nihil hẽnt:niſi faciẽ. Aegypanes quales pingunt̃ exiſtũt. Himãto
podes debilitate pedũ ſerpũt poti⁹ q̃ ĩcedũt. Pharuſi comites Her
culis fuer.p⁹ hos finis ẽ africæ. ¶ De Aegypto:quæ ẽ aſiæ caput.

Aegyptus dehinc:hoc eſt Aſiæ caput:Quæ una ab oſtio Cano
pi ad oſtium Ponti habet uicies ſexies lxxxviii. milia paſſuum.
Ab ore autem Ponti ad os Meotis ſedecies cẽtena ſeptuaginta qn
que milia paſſuum. Verum ægyptus introrſum ad meridiem ten/
dit:donec a tergo æthiopes obuerſentur.cuius inferiorẽ ſitum Nil⁹
dextra leuaque diuiſus amplectit̃: ut ægyptum Nili poſſis inſulam
uocitare. Nam ab ambitu circumfluentis amnis etiam Deltæ litteræ
figuram credit̃ detinere:Sed a principio fiſſuræ ipſius fluuialis ad
canopicum oſtium milia centum quadraginta ſex. Summa autem
eius pars contermina æthiopiæ oppidorum multas præfecturas ha/
bet:quas Nomos uocant:Inter quas Menelaitem alexandriæ regio
nem. Itẽ Lybiæ Mareotim. Heracleopolis autem inſula Nili eſt: In
qua oppida Herculis arſinoita & memphita:quæ ad ſummum Del
ta perueniunt. Nilus autem ipſe incertis ortus fontib⁹ creditur: Cũ
Iuba rex eũ a monte inferioris Mauritãiæ de lacu Nilide oriri ſigni/
ficet:ꝙ animalibus hiſdẽ & argumẽtis foeturæ parilis approbatur.
In omni autẽ Delta Nili oppida.ccl.fuiſſe Artemidorus atteſtat̃.

In littore ægyptii maris præſtantior urbium Alexandria conſti/
tuta ab Alexandro magno:condita a canopico oſtio in duodecĩ mi/
libus paſſuum iuxta Mareotim lacum:qui cõplures inſulas habet:
traiectuſque quadringẽtos:cuius tã longitudo q̃ etiã latitudo cen/
tena quinquagena milia paſſuũ tenent. Vnde ultra peluſiacũ oſtiũ
arabia ẽ ad rubrum pertingens mare:quod Erithræum ab Erithra
rege Perſæ & andromedæ filio uocitatum:a colore etiã dictũ rubrũ.
Nam fons eſt in littore:quẽ cũ greges biberint:in rubrũ colorem
incipiant mutare lanas:Huius maris oppidum Arſinoe.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

De Arabia & Syria.

Verū Arabia tenditur uſq; ad odoriferam ac diuitem terra;:
Sed iuxta eſt Syria multis diſtincta noibus. Nā & Paleſtina ē: quę
contingit arabiam. & Iudæa & phoenicia: & q̃tum interior habetur
Damaſcene. In Meridiem uergens Babylonia. Ex eadem Meſopo-
tamia inter Eufraten & Tygrin: Qua uero tranſit Taurum mon-
tem Sophene: Citra uero etiam Comagene. Et ultra Armaniam
Adiabene Aſſyria añ dcā: & ubi Ciliciā attigit Antiochia. Lōgitu
do ei⁹ inter Ciliciā & Arabiā quadringentoꝝ ſeptuaginta Mi. paſ.
eſt. Latitudo autem a Seleucia ad oppidum Eufratis Zeuma. dxx
v. Mi. paſſuū. Oſtracinæ Arabia finitur a peluſio ſexaginta ſex mi
bus paſſuum. Apollonia Paleſtinæ per centum octuaginta octo mi
lia paſſuum procedens ſupra Idumæam & ſamariam in Iudæa lon-
ge lateque funditur. Pars eius ſyriæ iuncta galilæa uocatur. A
cæteris eius partibus Iordane amne diſcreta: Qui fluuius oritur de
fonte paneade. Secunda elatio Iudææ ab Hieroſolymis: In quo
latere eſt fons Callirhoe: ab occidente Heſſeni: Qui ſine concubitu
& cunctis cupiditatibus uiuunt. Hinc aliquanto interius Maſa
da caſtellum: In quo Iudææ finis eſt: iungitur Decapolis dicta a nu
mero ciuitatum. Redeuntibus ad oram phoeniciæ: Colonia Pto
lemais: a tergo Libanus & Antilibanus montes: & interiacentibus
campis Bargiſus item mons ſedet. Item ſyria deſinente inter op-
pida phoeniciæ Antiochia: quæ Oronte amne diuiditur. ſuper eam
mons nomine Caſius: cuius altitudo quarta uigilia ſolem per te-
nebras uidet.

De Eufrate magno fluuio.

IN Syria fluuius Eufrates naſcitur a monte qui uocatur Capo
tes: ibi quoq; Marſyas ali⁹ amnis inter Syriā & Parthiā oppidū pal
mira: Moxque Eufrates fluuius: Cuius decem dierum nauigatio-
ne in ipſam ſeleuciam parthorum urbem maximam peruenitur.
Sed ſciſſus Eufrates leuorſum in Meſopotamiam uadit: & Ty-
gridi infunditur. Dextro autem meatu Babiloniam petit: quæ
Caldææ caput eſt. S; redeundum ad oram ſyriæ: cui confinis eſt Ci-
licia: in qua oppidum Veneris & Cypros inſula: fluuiuſq; paradi-
ſus: Ciliciæ pāphilia ſociat: cui⁹ ultima phaſelis: dehĩcq; Lycaonia

in aſiaticam iuriſdictione; uerſa: Quæ ab illa parte: qua Galatiæ cō
termina eſt: habet ciuitates quatuordecim: Verum Pamphiliæ iun-
cta Lycia: a qua incipit mons Taurus pene mediatenus orbis con
ſcius: quem peragraret: niſi maria reſtitiſſent. Quæ aliquando fle
xuoſus euadit: & in riphæorum montium iuga ſub noium diuerſi
tate ꝑtenditur. Nam inter cætera noia ide; Nypetes eſt. caucaſus &
ſarpedon portarum ēt nomie cenſent: & alibi armaniæ. alibi caſpiæ
& idem hyrcanius: coraxicus: ſcythicus: ceraunius appellatur. Ly
cia alius mons chimæra noctibus flagrans: hæc habuit oppida. lxx.
nunc. xxxvi. ſunt. Telmeſus oppidum dr̄: quo finitur hinc aſiati
cum ſiue Carpatiu; mare: & quæ proprie uocatur Aſia: cui ab oriē
te phrygia & lycaonia. a ſeptentrione paphlagonia eſt. Huius longi
tudo. cccclxx. Mi. paſſuum. latitudo. ccc. Armænia altera ab orien
te a ſeptentrione pōtica. In proximo Caria eſt. Mox Ionia. ultra ea;
Aeolis: Media Doride. In phrygia celene antea in apamæam cōmu-
tata. Illic Marſyas & natus: & occidit: & fluuio nomen dedit: & cu;
Apolline decertauit. Denique pars eius Aulocrene: unde Meāder
amnis exoritur.

De Phrygia prouincia.

Phrygia Troadi imminet: ab Aquilone Galacia eſt: A Meridie
Lycaonia & Pyſidiæ Mygdoniæ cōfinis ē. Ab oriente Lyciæ. A Se-
ptentrione Miſiæ Cariæ. Dehinc Tmolus loco florens: Amniſ-
que Pactolus Ioniæ Miletos caput: Ibi etiam Colophon Craculo
Clarii Apollinis celebrata. Meoniæ principium Sipylus Smyr
na etiam Homero notiſſima: Qua; circumfluit meles fluuius. Na;
ſmyrneos campos Hermus interſecat: Qui ortus Dorilao Phrygi-
am Cariamque diſpartit. Iuxta Ilium ſepulchrum Memnonis ia
cet. Supra Troadem in mediterraneo Teutrania eſt; Quæ Regio
myſorum fuit. Ciuitas uero Teutrania Caico flumine alluitur.
Ibi inter omnes Aſiæ ciuitates Pergamum clarius. Nam Bithynia
ĩitiū Pōti ē: & ab ortu Thraciæ aduerſa a Sagari flūie prios hirato
res h;. q fluui⁹ alii fluuio Gallo miſcet: a quo galli dicunt miniſtri
matris deum. Hæc & bebricia & mygdonia dicta ē. a Bithynio rege
Bithynia. In ea ciuitas pruſias: Quam Hylas inundat Lacus:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quo puer eiuſdem noīs dicitur interceptus: Ibi Libyſſa Ioeˀ Nico
mediæ proximus. In eo ſepulchrum hannibalis memorat̄. Dehinc
Ponti ora fauces Boſphori. Et amnē Rheſum: Sagariq; ſinus Ma/
riandini: in quo Heraclea ciuitas portus Acone: Vbi herba ueneni
aconitum pereat̄. Specus Acheruſia: qui mergit̄ in profunda tellu
ris. Inde Paphlagōia: ubi a tergo Galatia ē: Sed hic Henetoſa etiam
ciuitas: a cuius ciuibus in Italia ortos uenetos aſſerunt: Ibi promō/
torium Garambis: quod a ponti oſtio abeſt milibus paſſuu3 .ccxx.
t intunde a Cimmerio: ibi etiam mons Cytorus & ciuitas Eupato/
ria: quam Mitridates fecerat: ſed eo uicto Pompeiopolis appellata.

De Cappadocia.

Cappadocia autem intro uerſus recedit: quæ leuorſum ambas
Armanias Comagenemq; traſcurrit. Dextrorſum plurimes Aſiæ
populoſ ambiens ad iuga tauri ſuccreſcit in ortu: praterit Lycaoni
am Piſydiam. Ciliciam ſuper tractum Syriæ means: Antiochiæ par
tem Scythiſſin pertendens ab Armēia maiore diuiditur Eufrate flu
uio: quæ Armænia inchoat a mōtibus pariedris. In Cappadocia
multæ urbes eximiæ: Inter quas Melita: quam Semiramis condi/
dit: & Mazaca: quam dicunt urbium matrem: Cui Argæus mons
īminet: qui niues uerticis albicantis ne æſtiuis quidem ſolibus ſu/
perfundit. In hac Cappadocia longitudo Aſiæ undecies cētena qua
draginta milia.

De Aſſyria.

Aſſyrii Adiabene incipiunt: quos excipit Media ī proſpectu Ca
ſpii maris: quæ Caucaſeis montibus cingitur: ſed Caucaſus portas
habet: quas Caſpias dicunt: cautium præciſiones etiam ferreis tra/
bibus obſeratas ad externorum tranſitum cohibendum: Quanuis
uerno etiam ſerpentibus occludantur: a quibus ad pontum ducen/
ta milia paſſuum eſſe non dubium eſt. In Ponto autem ſunt In/
ſulæ Symplegadeſ. Mox regio Margiana ſola in eo tractu uitifera
incluſa montibus ſtadiorum mille quingentorum. Difficilis aditu
propter ſolitudines arenoſas: quæ ſunt per cētum uiginti milia paſ/
ſuum. Regionis prædictæ amoenitatem Alexander magnus delege
rat. Et ibi primo noīs ſui condidit ciuitate3: quæ exciſa ē. Et ab An
tiocho Seleuci filio reparata: cū noīe pr̄is eiuſdē: cuiˀ circuitˀ h3 ſta
dia. lxxv. Inde Oaxus amnis: q circa Bactrā eiˀ oppidū noīs fluuio
q; ultra Pāda oppidum ſogdianorum: ubi Alexāder tertiam Alexan/

driam cōdidit: ad conteſtādam itineris prolixitatem. Quippe emēſi
a Libero: dehīc ab Hercule aræ ſunt conſtitutæ in teſtionium labo/
ris īmenſi: Illam terrarum partem Iaxartes fluuius ſecat: q Tanais pu
tabatur: Quē Dæmodamas dux tranſcendit: Aliumq; eſſe perdocu
it: Et ultra Dydimæo Apollini aras extruxit.

De Perſide.

Hic perſicus limes Scythis iungit̄: Sed ſcythico Oceano & Caſ/
pio mari: qua in oceanū Eoum curſus ē ꝓfundæ in exordio niues.
Dehincq; longa deſertio. Poſtq̄ anthropophagi excurſus inuios
reddidere: poſt quos Seres: q undis aſpergunt arbores ſuas: ut lanu
go: quæ ſericum creat: poſſit admitti: hi aliarum gētiū hoīes aſpernā/
tur. Et appoſitionem merciū ſine colloquio gaudēt implere contra
ctum. Hinc Attacorus ſinus hyperboreis beatitate conſimilis: quo
incolæ gratulant̄: q circuitu uallium auras neſciunt peſtilētes.

De India.

Dehinc India. Nam ciconas in medio error aſtruxit: S; a mediis
montibus inchoat India. Nam in eoū mare a meridiano porrecta ſa
lubris Fauonii uegetabilibus flabris. Secunda æſtate annis ſingulis
uegetat̄: biſq; frugē metit. Pro hyeme Eteſias perfert: Quinque
milia habuit oppidorum: & mundi pars tertia credebat̄. Liber primuſ
ingreſſus Indiam triumphauit; In ea maximi fluuiorum: Indus: &
Gāges: S; ab ſcythicis mōtibˀ gāges uēit: Et hypanis ibi amniſ īmo
dicus: q Alexandri magni iter incluſit: Sicut in eius ripa locatæ te/
ſtantur aræ. Latitudo gangis ubi diffuſior. xx. Mi. paſſuum: Vbi
anguſtis octo profundus pedibus cētum milia: ibi reges: gentium/
que diuerſitas: tam exercitibus q̈ elephantis copioſa. Vltra Palibo
tram urbe; mons Maleus: in quo hyeme in ſeptentriōes umbræ: In
auſtros æſtate cadunt. Senis alternatæ menſibus. In eo loco per an/
num quindecim diebus tantum ſeptentriones apparent. homines fu
ſciores: Nam Pygmæi montibuſ habitant: & qui confines Oceano ſi
ne regibus degunt. Pandeam gentem fæminæ tenent: Cui prior Re/
gina Herculis filia. In eo tractu etia3 Nyſam urbem eſſe Libero pa/
tri ſacrā: monteq; Merū Ioui. Vñ fabula ē: eū Iouis ſemie ꝓcreatū
ibi ēt īſulas duas auri argētiq; metallis ac fœtura prædicādas ēt uo
cabulis apꝓbat̄: nā una Chryſera: argyrea alt̄a nūcupat̄. Oēs Indi
comarum fuco decorant̄. Alii cæruleis: alii crocinis fulgoribus tincti/

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

gemmis comunt. Funerat oēs negligunt. Elephantiſq; uehi eximiū
putāt: Sed in Taprobāe iſula maiores elephāti q̄ Indici. Ampliores
enim Margaritæ ſunt: quæ p; in longitudine ſtadiorꝝ ſeptē milibus
in latitudine qnq; milibus. Scindit fluuio iterfluēte: atq; Indiæ præ
tenta ē: In quam ſeptē dierꝝ iter: ut Romāis nauibus approbatum.
Illic & illud mare abſq; canalibus profundis ſenum paſſuū altitu/
dine deprimit: Ibi ſeptētriões nō apparēt: Vergiliæ nunq̄. Luna ab
octaua in. xvi. tantū ſupra terras uident. Ibi ſydus clariſſimum Ca
nopos. Sol ortiuus ī leua conſpicit. In nauigando nullu; ſydus ob/
ſeruant: auium: quas uehunt: uolatus ſequunt: quaternis per ānos
menſibus nauigant. Hoīes ibi corpore grādiores ultra hoium men
ſuram: rutilis comis: cæruleis oculis: truciori ſoni. Nullo linguæ
comercio gēti alteri ſociant. Cū negociatoribus aliis ī ripa flumīs
merces apponunt: ac uix complacitas mutarēt. Aetas illis ultra hu
manam fragilitatē prolixa: ut imature pereat: q centenarius morit.
Nulli per diē ſomnꝰ: annona eode, ſemper tenore. Aedificia humi
lia paruaq;. Vitē neſciunt. Redundant pomis. Herculē colunt. Re
ge n eum q mitior: grauior: ac ſine ꝓle fuerit: eligunt. Et ſi in regno
ꝓlem ſuſceperit: remouent: hæreditarium formidātes imperiū. Cū
quo tamē alii. xxx. cognoſcunt. Et ſi fuerit ꝓuocatū. lxx. iudices ſi
unt. Rex Liberi patris cultu componit. Et ſi peccauerit iterdcō oī
uſu & colloqo iugulat. Culturas & uēatus amāt, Verū Tygridu;
aut elephantorum piſcatōibus delectant: præſerti teſtudinū: quarꝝ
ſuperficie domos familiarꝝ capaces operiunt. Dehīc hītant Ichthio
phagi: quos Alexāder ueſci piſcibꝰ uetuit. nec lōge inſula ſolis: quæ
dr: & nympharꝝ cubile rubēs: In qua oē aīal ui feruoris abſumit.
Mox hytanis Carmaniæ fluuius: a quo primū aſpici Septētriones
incipiunt. Deinde tres Inſulæ: in qbus hydri marini uigenū ſūt
cubitorꝝ. In his rubrū mare littoribus ſinu gemio diſparat. Veru;
orticus perſicus dr ꝓpter hitationē perſarꝝ: q ſinꝰ uicies &. lx. Mi.
circuitu patet. Ex aduerſo alter arabicus uocat. Carmania quoq;
perſis adiungit: quæ ab Inſula Aphrodiſia inchoat: quæ trāſlata eſt
in parthicū nomē. Littore quoq; occaſui obiacet: milium eſt qngē
torū qnquaginta. Oppidū ibi nobile Suſa: In quo tēplum Dianæ
Suſæ iuxta Carbile: ſiue Babytace in. cxxx. milibꝰ: In qua ſunt ho
mines: q aurū in profunda defodiunt: ne cui ſit in uſu. Parthici ue
ro regni. dcccexliiii. Mi. paſſuū. Verꝝ oīs media Parthia & Perſida

ab oriente flumine Indo: ab occidēte Tygri: a ſeptētriōe Tauro Cau
caſo: a meridie rubro mari terminant: quæ oēs per latitudine; patēt
terdecies. xx. Mi. paſſuum: per latitudinem. dcccxxx.

De Babylonia.

Sed Caldææ gentis Babylonia caput eſt. Denique Aſſyria & Me/
ſopotamia propter illius claritatē Babylonia uocatur. Vrbs ipſa
lx. Mi. paſſuum muris amplectit: qui. cc. paſſibus alti: Quinquage
nis lati ſunt: niſi q amplius. Nam terni digiti ſingulis menſuræ nræ
pedibus applicant. Hæc interluit Eufrate: Ibi Iouis Beli templum:
q inuentor fuit diſciplinæ ſyderalis. Hæc nunc ad ſolitudine; rediit
exhauſtæ Seleuciæ. Itē in hunc uſum ēt Theſiphonte; tertio ab ea
lapide condidere. Parthia nunc caput regnorum ē: hitantur ēt abdi
ta æthiopiæ: & aduſta Trogloditarum: & Ichthiophagorum genti
bus: Sed primi feras curſu prætereunt. Alteri nando marinas bel/
luas uincunt. Sunt & Gorgones inſulæ obuerſæ promōtorio: quod
uocatur Heſperionceras: Has incoluiſſe Gorgonas ferunt: In quas
a contināti biduo nauigat. Vltra has Heſperidum inſulæ: quæ i in/
timo admodum mari ſunt. Fortunatas autē inſulas in leua Mauri
taniæ conſtitutas inter meridiem: occaſumq, non dubium eſt: Qua
rum prima Ombriona dr. Secunda Iunonia. Tertia Theode. Quar
ta Capraria. alia Niuaria: quæ aere nebuloſo & concreto eſt. Mox
Canaria canibus īmenſæ magnitudinis plena: omnes auibus plenæ:
nemoroſæ: palmiferæ: nuce pinea: mellis copia: amnibus: ac ſyluris
piſcibus abundantes.

Item Breuis repetitio.

Percurſus breuiter terrarum ſitus: l; ignobilia quæq; præter/
uolans imorari non potuerim. Tamen ut orbē terræ: mariaq; admē
ſa cognoſcar: menſuram oēm breuiter intimabo. A gaditano fræ
to per longitudinem directo curſu ad os Meotis triciel & ter. xxvii.
Mi. d. paſſuum. Vniuerſus autem circuitus ab eodem exordio per
ſinus dictos intra Mæotin lacum. clvii. Cu; ipſa uero mæotide cen/
ties octies bis. xc. Europæ ſolius menſuræ octogies bis. xciiii. Afri/
occidũt Andromadæ pars reliqua. Item Caphei pars: quæ extra ſe
ptentrionalem circulũ poſita: & Caſſiopiæ: & Orionis pars: Eodẽ
tempore oriuntur Ariadnes corona tota & caput Eniochi: Niſiq;
corpus omne præter ſiniſtram manũ. Idri cauda ultima: & Centau
rus totus præter priores pedes. Sagittario naſcẽte mergitur oriõ
& canicula: & Eniochi pedes. Oriunt uero totus ophiuch⁹ & Niſi
ſiniſtra manus: & Lyra & Cæphei caput: humerique: & centauri pe
des priores. Capricorno oriente occidunt Eniochus totus: & ei⁹
capra hædique. Perſei pars ſiniſtra: & Argonis puppis: & prochiõ.
Inuicẽ oriuntur Cygnus & Aquila: & Sagitta: & altariũ. Aqua
rio oriente occidunt Centauri pars equina: Idri caput: Oritur &

equus pegaſus. Piſcibus ortis occidunt Idruſ totus: & centau/
ri pars reliqua: & crater. Præterea oriuntur Andromadæ pars dex
tra: & piſcis auſtrinus. Arietis ſigno ſurgente occidunt pedes eẽ
tauri & altarium. oriuntur uero Andromadæ ſiniſtra pars & perſei
caput uſque ad aluum & Deltoton. Signo Tauri oriente occi/
dunt Bootis pedes: ophiuch⁹ a pedibus ad genua uſque. oriunt au
tem Cæti pars reliqua & ſiniſter orionis pes.

Quibus temporibus oriantur aut occidant.

Temporum quoque ipſorum: quibus oriuntur: aut occidunt:
habenda diſtantia eſt. Nam quæ tranſuerſa oriuntur: & recte occi/
dunt: celeriores ortus habent q̃ occaſus. Contra autem: quæ recta
oriuntur: & tranſuerſa conduntur: tardius oriuntur. Nam Cancri
ſignum recte oritur: inclinatumque merſatur. Id hoc in capricorno
parua inflexione curuet. Oritur autem duabus horis: & duodeci
ma parte horæ. & hora occidit: ac deunce minima in iſto diſtãtia ẽ.
Leo autem oritur duabus horis & tertia parte horæ. occidit ue
ro hora ſemis & ſexta parte horæ. Virgo oritur horis duabus &
dimidia & ſexta parte horæ. occiditq; hora & tertia parte. Similiter
Libra. At Scorpius diminuit ortum: & auget occaſum. orit enim
horis duabus & tertia parte: occidit hora ſemis & ſexta parte horæ.
At Sagittarius oritur horis duabus: & duodecima parte horæ: occi
dit & deunce horæ. At inuicem quæ tranſuerſa oriunt: & recta occi
dunt: breuiores ortus occupant q̃ occaſus. Denique ex his ẽ ſignũ
Capricorni: quod orit hora & deunce. occidit duab⁹ horis & duo/
decima parte horæ. Aquarii uero primum ſignum oritur hora
& dimidia & ſexta parte horæ. Occidit horis duabus: & tertia parte
horæ. Sequens hos piſcium ſignum oritur hora & tertia parte ho
ræ. occidit duabuſ horiſ & dimidia & ſexta horæ parte. Eandem mẽ
ſuram Aries utriuſque temporis ſeruat. Taurus orit hora & di
midia & ſexta parte horæ. occidit duabuſ horis & tertia parte horæ.
At Gemini oriuntur hora & deunce. Occidunt duabus horis &
duodecima parte horæ.

Quod pro diuerſitate Signorum dierum no/
ctiumque fiat Inæqualitas.

Hæc ẽ Inæq̃litas: quæ dierꝝ ſpacia noctiũq; diſcriminat. Nã cũ
ſolis lumẽ eorꝝ ſignorꝝ principiũ: quæ tardi⁹ oriunt: ingredit: dum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſe quentia ſigna naſcunt̃:diei ꝓlixitas ꝓcurat̃. Vbi uero hæc ĩtrarit:
quæ cito orta demerſant̃:tardi⁹ diebus exiguis noctes efficit grãdio
res. Deniq; hæc rõ & illis reſpõdet:q uelut mirã efficiunt qõne;:ta/
lia proponentes. Si ſpaciis æqualib⁹ omnia ſigna percenſent̃: ac ne
ceſſe eſt diebus noctibuſq; cunctis ſena ſigna ſupra terras eẽ: oẽs di
es noctesque pares eẽ debuerunt. Sena aũt ſigna ſuperſtare nõ dubi
um eſt: totidemque delitescere: Dieſquoq; noctesque uariari diuer
ſitatibus ſpacioꝝ. Nam Solſtitialis dies hẽt æquinoctialis menſu/
ræ horas.xiiii.& ſextantẽ. Brumalis uero horas.ix.& dimidiam ac
tertiã portionẽ. Viciſſim brũales noctes Solſtitialis diei tpr̃ib⁹ por/
rigunt̃: Cuius lucis tpr̃a ſuſcipit nox æſtiua In tanta uarietate di/
uerſitateq; tpr̃oꝝ. Illud ꝓfecto colligit̃: Signa æq̃lia nõ hñda. Cui
concluſiõi & reꝝ uarietas & nr̃a regula refragat̃. Multiplici.n.cle
pſydraꝝ appoſitiõe mõſtratũ: oĩa ſigna paria ſpacia cõtinet̃. Cũ.n.
diuerſa ſpacia in ortu hẽant atq; occaſu: tamẽ ſi oĩum ortus occa/
ſuſq; cõpenſes: uidebis ad plenũ collata menſuris æqualibus reſpõ/
dere. Veꝝ hac qõne conſumata: alia ſubtilior de ſpaciis imparibus
obiectat̃. Dicunt.n.ſi ſpacia ſignoꝝ æqualia ſint: aut Sol tardiore
curſu quædã ſigna trãſcurrit: aut in dieꝝ rõ diuerſitate mẽtit̃. Sed
cõſtat Solẽ Gemioꝝ ſignũ.xxx.& duob⁹ dieb⁹ excurret̃. Sagittarii
ãt.xxviii.cæteriſq; ſignis aut adiici aut detrahi aliq̃s portiones: qđ
ꝓfcõ ñ fieret. Si aut Sol æquali curſu ferret̃: aut ſigna ſpaciis pari/
bus tẽderent̃. Sol aũt eadẽ ac perpetua celeritate feſtinat. Relinq
tur ut ſignis ſpacioꝝ æq̃litas deneget̃. S; hunc quoq; errore; opio
inueterata cõpoſuit: quã oẽs hactenus credidere. Quẽadmodũ ipſi
mundo ſpæræq; poſtremæ centron eſſe terram: Ita & ſolaris circuli
eãdẽ cẽtron eẽ: quod oĩo falſum eẽ nõ dubium. Nã ut diuerſa ſpa/
cia ſunt cæleſtis ãbit⁹ circuliq; medialis: ita & diuerſis cẽtroꝝ ſigniſ
punctiſque torquent̃: Quo fit: ut terra ſolaris circuli centrũ nõ ſit
Sed eccẽtros habeat̃. Per uices.n.propinq̃tates deſcẽſuſq; ad terras
ſolaris orbita curſuſque ſummittit. Itẽque ꝓ ſignoꝝ cõditiõib⁹ ſub
limatur: & cũ medietatẽ linearẽ in latitudine; zodiaci ſol libratus
excurrat: Orbẽ tamẽ ſoliſ obliq̃tas meat⁹ aut imprimit: aut extollit
Quis.n.dubitet cãcrũ gemíoſq;: uerbi gr̃a: ĩ mũdi ardua ſublima/
ri? Rurſumq; ſagittariũ capricornũq; pererratis deflexib⁹ ĩfirmari?
Quod cũ ipſe zodiac⁹ ſignaq; cælo cohærẽtia tãtũdẽ a terris ũdiq;
ſecus interſtitii detineãt: Solaris tamen circulus: qui ſubtermeat:

aut euehitur: aut deſcendit. Hinc uenit: ut a ſole ſigna cum dierum
tranſcurri diuerſitatibus uideant̃. De Planetaꝝ orbibus.

Tranſcurſa rõ eſt ſignoꝝ cæleſtiũ atq; ẽt circuloꝝ. Nũc plãeta
rũ orbes differã: quos qdẽ nõ ab errorib⁹ ſuis. Nã hiſdẽ ſolis rõni/
bus cõmeantes nihil licere patiunt̃ erroris. Sed qa diuerſa uarietas
mortalibus caligines intẽtionis effundit: nõ planetas: ſed planẽtas:
ſicut Orator aſſerit: mẽorabo: l; eos ꝓpriis noĩbus inſignitos ẽt ali/
is noĩbus appellarint. Nã Saturnũ Phænona uocant: Iouẽq; Phæ
tonta: Pyroin Martẽ Venerem Phoſphorõ Mercurium Stilbonta
noĩarunt. Soli uero Lunæq; diuerſitaſ gentiũ innũera uocabula ſo
ciauit. Hoꝝ igr̃.vii. illa eo maxime cõfixis ſyderibus hñda diſtan
tia. ꝙ illa cæli tantũmõ curſibus cõmouent̃ propria ſtatione orna/
ta. Hi uero tã mũdanis raptibus auferunt̃: q proprìis curſibus cõ/
mouent̃. Nã q̃tũ eos retulit diei noctiſq; rotatio: tantum nitunt̃ di
uerſis cõpenſare tpr̃ibus. i. aut mẽſe: ut Luna. aut anno: ut Sol. aut
xxx. annis: ut Saturn⁹: & cæteris tpr̃ibus attributis ꝓ ſpacioꝝ: quæ
circũeũt latitudine: aut breuitate: Quæ cũcta ſydera: l; in ortũ per
gere uideant̃: non tamẽ aduerſu; mundu; rigido motu: ſ; obliquo
per zodiaci defixa moliunt̃. Alioqn ex cõtrario partiũ ſuaꝝ motu
mundus ſtare non poſſet. Deniq; ẽt peripateticoꝝ dogma cõtendit:
non aduerſũ mundũ hæc ſydera promoueri: Sed celeritate mundi:
quã ſeq non potuerũt: præteriri: Quod qdẽ: etiã ut ueꝝ ſit: meis ñ
poterit rõnib⁹ obuiari. Siue.n. Saturnus nimia cũ mundo celerita/
te cõcertãs: uix exiguis curſibus ſuperat̃. Ac lũa ꝙ tardius incedat
intra trigeſimũ diẽ a mũdi parte eadẽ præterit̃. Siue contra mundũ
nitentib⁹ ideo celerior: quia breuiore ambitu orbẽ circuit luna: tar/
diuſq; Saturnus propter latitudinẽ orbis effuſi: Vtꝝ uelis: meis re
gulis non obſiſtit: Siquidem ſuis motus iſtorum rationibus diſpen
ſatur. Quibus tamen.vii. ſyderibus unus ẽ comunis motus: ꝙ oẽs
ortum petunt. Alius ꝙ tempoꝝ oẽs diuerſitatibus atq; accidẽtibuſ
uariant̃. Nã ex his.v. ſydera: ſtatiões: recurſuſq; patiunt̃. Sol ue
ro: lũaq; curſu cõtinuo rapiunt̃. Itẽ hæc lumina uicib⁹ obſcurant̃.

Quinque uero ſydera neſciunt obumbrari. Tria item ex his cũ
Sole Lunaque orbem Terræ circũeunt. Venus uero ac Mercuri
us non ambiunt Terram.

Quod Tellus non ſit centrum omnibus planetis.

Licet generaliter ſciẽdũ cunctis orbib⁹ plãetaꝝ eccẽtron eſſe Tel

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lurem:hoc ē:nō tenet̄ medium circuloꝝ:qđ mūdi cētrō eſſe nō du
bium. Et illud generale.vii.oibus aduertēdū.ꝙ cū mund⁹ eiuſdē
ductus rotatiōe unimoda torqueat̄:Planetæ quotidie tā loca:q̄ di/
uerſitates arripiant circuloꝝ.Nā ex his nullū ſydus ex eo loco:unī
pridie ortū ē:eleuat̄.Quod ſi ē:dubiū nō ē.clxxxiii.circulos hr̄e
Solē:per quos aut ab ſolſtitio i brumā idit.aut ab eadē i ſolſtitialē
linea ſubleuat̄.Per eaſdē qppe mutationes cōmeat circuloꝝ.Sȝ cū
ſol prædictū numerꝝ hēat:Mars duplos circulos facit:Iouis ſtella
duodecies excreſcet̄:octies uicies cumulatis:Saturn⁹ eos circulos:
q̄ paralelli ēt dicti ſunt:circūcurrēs:Qui motus oīum cū mundo
ꝓueniūt:& terrā ortib⁹ occaſibuſq; circūeunt.Nā Venus Mercu/
riuſq;:lȝ ortus occaſuſq; quotidianos oſtendāt:tamen eoꝝ circuli
terras oīo nō ambiūt:Sȝ circa ſolē laxioꝛ ambitu circulant̄.Deniq;
circuloꝝ ſuoꝝ cētrō i ſole cōſtituūt:Ita ut ſupra ipſū aliquādo:
Infra plerūq; ꝓpinqoreſ t̄ris ferant̄:a quo qdē ſigno uno & parte di
midia Ven⁹ diſparat̄.Sȝ cū ſupra ſolē ſunt:ꝓpinqor ē ei Mercuri⁹
cū intra ſolē Venus:utpote orbe caſtiore diffuſioreq; curuet̄.Naȝ
Luna:quæ ꝓpinqor terris ē:per quos ferat̄ anfractus:interius me/
morabo.Poſt cuius orbē alii Mercuriū Venerēq;:Alii ipſius cir/
culū ſolis eē cōcertant.Deinde Martis Iouis ac Saturni:Quos oēs
ut ſuis āplitudib⁹ metiāur:qđ nō facile aſtrologi uoluere:ab uno
Geometriæ conceſſo aſſertio ē inchoanda:Quod & ipſa ſuggerit in
præſenti:& ab Heratoſthene:Archimedeq; perſuaſū in circuitu ter
ræ eſſe.ccccvi.milia ſtadiorū &.x.ſtadia.

Quod circul⁹ Lunæ maior ſit q̄ terra:& ipſa Luna mīor q̄ tell⁹.

Ita ergo ut ab hoc indubitatis rōnibus approbet̄:Lunæ circulū
centies terra eſſe maiorē:Qui qdē circulus ipſa lūa ſexcenties poti
or inuēit̄:Quæ duo ex defectib⁹ ſolis aſſiduis quātū umbræ Luna
ſubiecta reddiderit:& ipſius umbræ collatiōe cū ipſo lunæ corpore
uera dimēſiōe mōſtrant̄.Quæ niſi moroſa ſit:quēadmodū dimen/
ſa ſim:demōſtrabo. Crebro in climate Diameroes ꝓueniēs ſo
lis defectus:eiuſdē ex oī parte totū obumbrauit orbē.Sed ꝓpīquo
climati.i.Diarhodii portio obſcuratiōis apparuit.In climate uero
Diaboriſthenis nulla obſiſtēte parte Sol totus eluxit.Vnde:quo/
niā clima Diarhodii quot ſtadia cōtineat:māifeſtū ē.Repperi duo
deuigeſimā partē t̄ræ ūbrā:quā lūa fecerat:cōtiet̄.Sȝ quoniā mai⁹
corp⁹ ei⁹ ē:qđ umbra metaliter iacit̄:q̄ ipſa ūbra ex cliatib⁹:qb⁹ ꝑ

parte Sol obſcurabat̄:dextra leuaq; cōpertū ē triplo maiorem eē
ipſam Lunā umbra ſua.Ergo collectū eſt lunā ſexies minorē or/
be terræ prædictis rōnib⁹ inuēiri. Quod Lūa mīor ſit orbe ſuo.

Luna aūt minor ē orbe ſuo ſexcēties:qđ clepſydris intelligi po
teſt.Duobus.n.uaſis æneis fuſilibus poſitis unū uacuū infer⁹:ali
ud ſuperius aqua plenū pone.Obſua autē lunæ ortū:& ſtellā fixā
ſimul cū ea orientē.Et cū cœperit corpus lunæ ex ſuperiore parte
ſupra terras apparere:cito ſuperioris uaſis aqua:uidelȝ plei cētrū
aperi:ut ſimul cū incipiēte luna oriri aqua fluere in uas inferius in
cipiat:& dōec totū corpus appareat:fluat. Cū aūt tota ſupra ter
ras apparuerit luna.Statim primū uas:in qđ aqua fluxerit:ſubtra
has:& aliud apponas:in qđ aqua fluat:donec nocte alia renaſcat̄ il
la ſtella:quæ i priore nocte cū lūa oriebat̄.Et cū illa orta fuerit:ſu
peri⁹ uas:unde aqua fluxerat:tollas.Deīde metire totā aquā:quæ
in ſpatio.xxiiii.horaꝝ fluxerat ad menſurā illā primā:quā cū cor
por lunæ pri⁹ i primū uas fluxerat:& iuēies ſexcēties aquā excreſcēt̄
qđ in lūæ circulo fieri nō dubiū ē.i.ſexcēties ſuperat̄ ſpaciū corp⁹
lunæ.Vñ colligas circulū eius toties eē maiorē.Lūa at mīor ē or
be ſuo ſexcēties:quot clepſydris fuſile īpōas:Atq; emerſa oī ſubtra
his primū:& aliud uas appōas:dōec nocte alia renaſcat̄:adiecto ad
circuli ſpatia.& quot excurrit partibus:& ipſo item lunæ corpore:
quoniā de circulo hoc quoq; eē nō dubiū ē:iuēies ſexcēties aquā
excreſcet̄:unde colligas circulū ei⁹ toties eē maiorē.Si ergo ipſa lu/
na maior ſexies terra:ſexcēties circul⁹ ei⁹ maior lūa.Vides lunæ cir
culū cēties maiorē eē tellure. Quoꝝ plāetaꝝ orbes Luna ſu

Quo mōſtrato alios circulos uideamus.Sed qs du/ percreſcāt.
bitet ſolarē circulū duodecies q̄ lūæ eē maiorē:Cū q̄ illa mēſe ille
xii.percurrat.Martiſ uero circul⁹ uicies q̄ter potior iuēit̄.Iouiſ cē
ties & q̄dragies q̄ter.Saturni trecēties tricies & ſexies.Vñ ſi nūerus
intētiōib⁹ ſupputet̄.Et quot ſtadia Saturni circulus hēat.& quota
ei⁹ portio oīs terra ſit:inuēit̄.Nā ſi cētieſ lūæ circul⁹ maior ē terra.
Lūæ aūt circulo.cccxxxvi.maior ſaturni.Maior ē igr̄ Saturni cir
culus oī terra triceſies ter milies & ſexcēties. De Lunæ meatu.

Nunc iā lunæ meatū:quæ terræ propinqor ē:uideamus:quā
quidem menſtruum habere lumē phyſicoꝝ aſſertione perſuaſū ē.
Cum ꝙ ſit ſemper pleni orbis eſſe non dubiū eſt.Nā ſi ab illa parte
q̄ ſe ſubiicit Soli:omni hemiſperio colluſtrat̄ et trigeſima nobiſcū
nullū lumen oñdit:Superne q̄ ſolē ſpectat plēo lumine reluceſcit.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Deniq; cũ diſcedens a ſole a latere cũ cœperit intueri: pro parte etiã
inferius lumen acquirit: donec e regiõe poſita ab hac parte: quæ no/
bis eſt uiſibilis: colluſtret. Circuit.n.eius globũ undiq; ſecus ſolis
nitor: & ei parti: quã totã tũc aſpicit: lumẽ idulget: cui⁹ lumĩs radii
ĩ terras quoq; luculẽtiores peruẽiunt: ut ſiquis ex ſpeculo lumine
repercuſſo effigiẽ lucis excipiat: Quæ quidẽ luna: cũ eũ in oriẽtis
partib⁹ cõprehenderit: obſcurat: & cũ in occaſu deſeruerit: luceſcit.
Cuius primi luminis effigies quibuſdã uelut cornib⁹ circulata μο
νοειδὴς dr̃. Cũ uero.xc.partibus a ſole diſcedens orbe; ei⁹ mediate
nus ideẽ radi⁹ luminarit: διχότομος perhibet. Sed prædictis parti/
bus cũ alias.xlv.adiecerit: perhibet ἀμφίκυρτος.i. maior dimidia:
minor plena. Cũ uero.clxxx.partibus a ſole diſceſſerit: cõtrario po
ſitã totã parte;: quã terris oppõit: illuminat: πανσέληνος perhibe/
tur. Ac de hĩc deficiẽs ſuat tũ prædictis partib⁹ noĩa mẽorata: Quæ
quidẽ.xiii.orbis ſui partes die nocteq; tranſcurrit: cum pro latitu/
dine circulorũ: quos obeũt eodẽ interſtitio Mars dimidia;: Iupiter
duodecimã unius partis: Saturnus.xxviii.uni⁹ portiõis: excurrat.
Verũ luna circuit totum ſignifeŗ.xxvii.diebus & biſſe. Sed Solem
xxix.diebus: & media diei noctiſq̃ue parte cõſeqtur: quod ideo tar/
dius ꝑuenit: quia cũ ſuũ peregerit circulũ: Ex quo ſol ab eodẽ lo/
co: quo ei lumẽ dederat: excucurrerit: & in ſigno ꝓximo: aut ẽt al/
tero reperit. Nã ſi in Libræ: aut Scorpii: aut Sagittarii ultima parte
lumen acceperit: Nõ eũ in ſequẽti ſigno: ſed in altero conſequitur:
Hæc.n.aliquãdo tria ſigna trãſcurrit: Quẽadmodum his cõtraria
plerũq; bis inuenit. Nã quoniã ibi ſol.xxx.diebus & in gemĩs.xxx
ii.morat. Luna: quæ.xxix.diebus & dimidia parte eũ; cõſequitur
ibi utiq; poterit inuẽire. Verũ eadẽ luna aliquãdo.xiiii.dieb⁹: aliqñ
xv. plerũq;.xvi.plenũ perficit lumẽ; Ita tamen ut in eodẽ deponen
do cõpenſet. Na; ſi.xiiii.die lumen impleuerit.xv. diebus amittit:
ut dierũ rõ integra concludat. Verũ eadẽ luna implet annũ ſuũ.ccc
liiii.diebus. Nã.xii.ei⁹ coitus hoc nũero peragunt. Sicq; fit: ut an
nus ſolaris dieb⁹.xi.maior habeatur: quod intercalationum diuer/
ſitatibus compenſatur.

De.XII. Partibus Latitudinis Zodiaci.

De Latitudĩs partib⁹: per quas Luna cõmeat: edicãus. Nã ĩ zo
diaco.xii.eẽ latitudinis partes ſuperius intimaui: per quas diuerſis
modis ſydera ſpaciant. Nã alia per.iii.partes. Alia per.iiii. Alia per

viii.quædã per oẽs.xii.deferunt. Sol.n.in nullã excedens partẽ in
medio librameto fert abſq; ipſo Libræ cõfinio. Nam ibi ſe aut ĩ au
ſtrum aquilonẽq; deflectit ad dimidium fere mon..tum. Lũa au/
tem per oẽs.xii.currens nunc in aquilonẽ prouehit: nũc in auſtrũ
deueniẽs infimat: utriq; momẽtis excurrẽs: Sicut Hypparch⁹ quo
q; cõſentit. Deniq; obliqtati ei⁹ uocabulũ cõſtitutũ: ut fere ἡλιοει/
δὴς dicat: ita tamẽ ut deſcẽdẽs aſcendẽſq; ipſam ſolarẽ lineã: quã
mediã iter ſenas utriuſq; lateris partes eẽ mõſtraui: aut acutis: aut
ſpacioſis angulis ſecet: nec poſſit tamen ad idẽ: hoc ẽ ita: ut ẽ poſita:
eodẽ mẽſe: eadẽ parte ſic ad Solẽ reuerti eadẽ latitudis portiõe: niſi
menſe.ccxxxv.hoc ẽ anno.xix. Nã ut ſub eadẽ die atq; hiſde; ꝓpin
qtatibus ſyderũ inerrantiũ ad idẽ redeat: faciũt ãni.lv. Vt uero etiã
planetarũ hiſdẽ rõnibus ſub eadẽ ſpẽ cõtingat: anni magni ꝓlixitas
ſpectanda. Verũ eadẽ luna cõſecãs ſolarẽ lineã in aqlone ſcadit: uo/
catur ὑψουμένη. Cũ ab aqlõe ad ſolarẽ lineã redit dr̃ ὕψος ταπεινουμένη. Cũ a ſolari in auſtrũ deſcẽdit: ταπεινός ταπεινουμένη.
Cũ deinde rediẽs ad ſolẽ reſurgit ταπεινός ὑψουμένη. Sed idẽ aſcẽ
ſus deſcẽſuſq; faciũt utriuſq; lumĩs obſcuratione. Nã cũ luna ſcã
dens deſcendenſq; in ſolarẽ lineã inciderit: ſi trigeſima ẽ: Hoc eſt oĩ
corpore ſubiecta Soli: obſcuratione Solis terris facit. Suo.n.corpo
re ſubter ſe poſitis obſcurat aliis partibus terræ Sole: qua nõ tegitur
relucẽte: Quã obſcuratione eade; nõ cunctis mẽſibus facit: qa non
ſemper trigeſima in eadẽ ſolari linea reperit. Sed aut ſurſum aut de
orſum poſita: ne poſſit obſtare: tranſmittit.

De Defectu Lunæ.

Itẽ Lunæ defectus fit: cum in cõtrario Luna poſita: hoc eſt.xv.
in eadẽ linea Solis umbra terræ metaliter infuſcat. Nã Sol umbra;
terræ in ſuã lineã mittit: Quã ſi Lunæ corpus intrarit: Quoniã ui/
dere lumẽ Solis terra obſtãte nõ poterit: lumĩs ſoliti adẽptõe furue
ſcit. Alias cũ in ſuperiore aut interiore latitudinis loco fuerit pleni
lumĩs effigie reluceſcit. Deniq; ideo intra.vi.mẽſem defect⁹ non po
tuerunt iterari: qa aut.xv.aut prima in eadẽ Solis linea per.xii.par
tium latitudinẽ ſpaciat. Deinde nõ poterit inuẽiri. Vnde ſi ab Aq/
lone rediens ad ſolẽ in later proximo poſita non obſiſtit παραυξά
νην σύνοδον facer perhibet: Quæ ſi a later Septẽtriõis traſcurrẽs
coit: & obſiſtit παραυξάνης βόρειος σύνοδος memorat. Si ab
Auſtro ueniens: nec obſiſtens lumen acceperit παραυξάνην σύ/

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

νοδ̃ον νότιον feciſſe dr̃. Si aũt ad ſolarẽ circulũ ueniens ab Au
ſtro obſtiterit Soli ἀναβιβάζον συνδ̃εσμον feciſſe dr̃: Hæ ſpẽs di
uerſitateſque lunæ ſuperæ mutabilitatis uarietate confunduntur.

De Curſu Solis.

Nam Sol: quem gemino diximus meare motu: quippe ab ortu
aut cũ mundo corripiť: aut ipſe ſuũ circulũ contra mũdũ per obli
qua diſtendit: Verũ ex ea parte: qua cũ mundo uoluiť: quotidie or
tus ſui lineá mutat. Et quoniá oẽs ductus: per quos uoluiť: circu/
los appellamus. clxxxiii. eoſdẽ eſſe dubiũ nõ habeť. Ná ſiue a Can
cro deſcẽdat: per eoſdẽ uſq; ad brumalẽ circulũ currit: Siue a Bru
ma in Solſtitiũ ueniat: per ipſos denuo reuoluiť: Qui qdem ſecan/
tes ſecũdo zodiacũ: cõtrariis ſignis perpetuo lineanť. Ná prim⁹ arie
tis circulus primus ẽ Libræ. Itẽ trigeſimus arietis trigeſimus ẽ Li/
bræ. Itẽ Tauri prior: Scorpiõis eſt primus. Sic igr̃. ccclxvi. partib⁹
fiunt. clxxxiii. Circuli: quos oẽs paralellos appellam⁹: & ex cõtra/
rio: ut dixi: ſigna hiſdẽ partibus ſecant. Ergo his hos circulos ánu/
os. ccclxv. diebus & quadrante diei peragit: ſiue ad ſolſtitialẽ circu
lum tendat: ſiue exinde reuertať. Illud ẽt nõ tacendũ. ꝙ cum duo
ſint hemiſperia: Vnũ ab æqnoctiali circulo in ſeptentrionẽ: Aliud
in Auſtrũ ab eodẽ æqnoctiali: tamẽ Sol diuerſa utrũq; rõne diſcur/
rit. Cũ: ut dixi: paria ſint ſigna partis utriuſq;. Verũ id: qd' ad ſol/
ſtitialẽ cõſurgit. clxxxv. diebus & quadrante diei noctiũq;. Id aũt:
quod ad brumalẽ deprimiť. clxxx. diebus peragiť: quod utiq; illa
res facit: ꝙ eccẽtron ſolis circulo dixi eſſe Tellurẽ. Et in ſuperiore
hemiſperio alteri⁹ tolli: in inferiore ad terræ cõfinia ꝓpinquare. Du
bium aũt nõ eſt citiuſ trãſcurrere breuiorẽ ſinũ: tardiuſq; diffuſũ.
Verũ ſol: cũ ad Cancrũ ab æqnoctiali parte cõſcendit: æſtatẽ praſtat
hoibus: quos inter ſolſtitialem ſeptentrionalemq; uiuere: dubium
nõ habetur. Cũ ab eodem Cancro in æquinoctialẽ Libram de
ſcenderit: Autũnum facit. Cum uero ad brumalem lineã recedit:
Hyems habetur. Propterea ꝙ calore dimoto torpor inuadit. Rur
ſum cũm a Capricorno hyemali in æquinoctialem arietem ſurgit:
Vernum tempus arridet. Exhinc denuo in Cancro Aeſtas torrida
renouatur. Sed econtrario perferre oĩa non dubitatur Antipodas:
quorum æſtatem Capricornus facit: hyemẽ Cancer: Sol tenens æq
noctia utrique parti temperiem.

De Acceſſu Defectuque dierum ac noctium.

Iam illud ſuperfluũ pũto noctium acceſſus defectuſq; memo/
rare. Cum pares pro rota ſint æſtiuis diebus hyemis noctes: & hye
malibus diebus noctes æſtiuæ: unaque æquinoctialis nox: quæ bis
anno contingit: par ſit diei ſuo. Ná cum ab æquinoctio uerno in cá
crũ ſol meat: omnes dies maiores ſunt noctibus ſuis. Itẽ ab autũna
li æquinoctio uſq; ad brumã minores dies noctibus dilatatis.

De Climatibus octo.

Minimus át anni dies brumalis eſt: q habet horas. ix. Maximus
autem Solſtitialis habet horas. xiiii. l, hoc pro climatũ rõnibuſ ua
rietur. Nam climata octo ſunt. Sed proximũ ſolſtitiali Diameroes
Deinde alterum Diaſyenes. Tertium Dialexandrias: quod ducitur
per Cyrenas in Africam Carthagini ab Auſtro adiacentem. Quar
tum & medium ex omnibus Diarhodii: quod per mediam Pelopo/
nẽſem Siciliamque ductũ ad oſtiũ Bethys peruenit. Quintum eſt
Diaromes per Macedoniam & alteram partem per Gallias & Luſi/
taniam ad Tagum deſcendens. Deinde ſextum per Helleſpõtũ thra
ciamq; & confinẽ Germaniæ Galliá. Septimũ Diaboriſthenes per
ponticum marĩ: & ab altera parte germaniá Britanniamq; præcideſ.
Vltimũ eſt ultra Meotis paludes: & infra riphæos montes.

De Aequinoctialibus diebus ſecundum climata.

Ergo ſecundũ climata dies dicanť. Diameroes maximus dies
habet æquinoctiales horas. xiii. Minimus dies. xi. Diaſyenis maxi/
mus dies horas habet. xiiii. Minimus. x. Dialexandrias maxim⁹ ho
rarum. xiiii. minimus. viiii. Diarhodii maximus horas. xiiii. & biſ
ſe & minimus. ix. Diaromæ maximus. xv. minimus. viiii. Diahelle
ſpõtus maximus horas. xv. minimus. viii. & biſſe. Diaboriſthenes
maximus horas. xvi. & biſſe minimus. viii. & trientem. Diariphæ/
on maximus horas. xvi. minimus. viii. Deinde cum prope cardinẽ
acceſſeris: longior dies ſemper breuiorq; nox fiet. Deniq; colligiť
ſub ipſo uero cardine ſemper diem eſſe. Interea his climatibus: qui/
bus creſcunt decreſcuntque luces. Sciendumque a Bruma ita di
es accreſcere: ut primo menſe duodecima eiuſdem temporis: quod
additur æſtati accreſcat. Secundo mẽſe ſexta. Tertio quarta. Et
quarto menſe alia quarta. Quinto ſexta. Sexto duodecima. Illud
quoq; manifeſtum. ꝙ zodiacus circa Cancrum Capricornumq;
flexior æquinoctialem pene directum ſecat.

De Stella Mercurii.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA

Hactenus de Sole. Nunc planetaꝝ curſus conuenit intueri: Eorumq; præcipue:q circa Solem peragratione mundana uoluunt. Nam Stilbon pene anni circulum ducens per .viii. latitudinis partes alterna incitus diuerſitate diſcurrit. Huius Veneriſq; circulos epicicloſque eẽ ſuperius memoraui.i. non intra ambitum propriũ rotunditatem telluris includere: Sed de latere terræ quodammõ circũduci. Qui ut oriri ſubinde occidereq; uideant: mundani motus raptibus inuoluunt. Sed idem Stilbon: l; Sole; ex diuerſis circulis comitetur: Ab eo tamen nunq̃ ultra .xxxii. partes poterit aberrare: nec duobus ſignis abſiſtere. Nunc præteriens: nunc conſiſtens: aut certe regrediens: qui quidẽ diuerſis Schematibus uariat. Nã l; exiguo paruiq; tẽporis ſpacium faciat: tamẽ & ortus facit & occaſus. Quippe ubi radiis ſolaribus conditione partium liberatus ãte emergentis ſplendorem Iubaris uibrandus apparet ultra terrarum orizontem ſubleuatus. Nã a Cronico ortu hic nunq̃ poterit eleuari. Quippe in Diametro Solis poſſe poſitis euenire ſyderibus diametrum in ſigno ſeptimo perhibet. Ita fit: ut iſte: qui ultra ſignũ & alteram exiguam portionẽ ſequentis abeẽ non poterit: non illic contingat ortu a cronico ſubleuari. Deniq; nec contrariũ eidẽ nouit occaſum uel ortũ: Sed ortũ itidẽ ueſpertinum facit: Cum poſt occaſum ſolis luminis ſui libertate clareſcit. Itẽ occaſus duos h;: Vnũ cum ante Solem parere ſolitus claritate radii ſuperuenientis occulitur. Alium cum itidem retrogradatione ſui uicinia Solis admotuſ idem patitur in occaſu. Ab eo quippe Solis lumine intra .xx. momenta abeſſe non poterit: l; maioribus partibus aberrarit: qui ultra ſecundum ſignum non poterit inueniri: Et has tamen obſcurationes ortuſque perſpicuos quarto quoque menſe nec id tamen ſemper offendit.

De Stella Veneris.

At Venus: quæ ab aliis Phoſphoros nominat: a Pythagora Samio: cum ſuis oſtenſa eſt terris rationibus peruestigata. Et ipſam circa anni confinium habere circulum proprium perdocetur. Naq; ccc. diebus & aliquot: latitudinis uero partibꝰ .xii. lunæ ſimilis peruagatur. l. momentis a Solis orbe diſcedens: l; plus a .xlvi. partibuſ aberrare non ualeat: Et tamen in ſuo poſita circulo cũ uaria diuerſitate circundat: quia aliquando eum tranſcurrit: aliquando ſubſequitur: nec comprehendit. aliquando ſuperfertur. non nunq̃ ſubiacet. Quippe quæ non annis omnibus reuocet curſum. Tunc etiam retrogradatur ultra ãni circulum tardior colluſtrat orbem.

Cum autẽ directo curſu meat: ẽt undecimo menſe circulum complet. Nunc faciens ortum ut in Luciferum: nũc poſt occaſum Solis effulgens: Veſper uel ueſperugo noiatur. Sola de .v. ſyderibus umbram reddit ut luna. Solaque fulgori Solis emergentis diu conſpecta nõ cedit. Quæ quidẽ in ortu matutino: plerũq; quatuor mẽſibus immoratur. In ueſpertino uero nunq̃ plus uiginti diebus. Verum tam uiſus eius q̃ occultationes .xix. meſibus reſtauratur.

De Stella Martis.

Nam Pyrois ſiue Martium ſydus ultra Solem means propriũ etiam ipſe circum telluris eccentron meat. At annis prope duobuſ in latitudine quinq; partes excurrit: Cui l; cum duobus ſuperpoſitis ortus: occaſus: ſtationeſque: ac reditus uideantur eẽ communes: tamẽ: & altitudinem propriã: & ſtationẽ primam: & Abſidẽ ſuam exceptam cæteris nouit. Nam eius altitudo.i. ubi ſe eius circulus a terra altius tollit: ſub ſigni Leonis regione conſurgit. Statio uero ſpecialis eius prima. Nam utpote Soli coniunctus de proximo etiam in quadratura eius poſitus radios ſentit. Quippe in nonageſima parte ex utroq; eius latere remoratur. Abſide et habet: receſſumq; ſublimẽ in Capricorni confinio: hoc ẽ ſub eiuſ uigeſima nona parte.

De Stella Iouis.

Stella uero Iouis Salutaris ad omnia: utpote ſuperior .xii. ãnis longitudinẽ propriæ circũactionis excurrit. Per latitudinẽ uero quinq; partium ſpaciatur. Altitudo eius circuli in Virgine reperitur. Abſis uero in Cancri decimaquinta portione. Qui aſcenſus: deſcenſuſque eccẽtron eẽ terram ipſum quoq; circulũ conteſtãtur.

De Stella Saturni.

Phænonis autẽ hoc ẽ Saturni præaltius omnibus ſydus modico minus annis triginta circulum ſuum per longitudinẽ circũcurrit. In altitudine uero tribus tãtum: aut ẽt duabus partibus peruagitur. Altitudo quidẽ eius circuli in Scorpionis ſigno grandeſcit. Veꝝ Abſis ipſius Libræ uigeſima portione ortus tam ei q̃ duabus inferioribus ſunt ſimiles: cum ultra partes duodecim eos matutini radius non præceſſerit Solis. Tunc quippe matutinum ortũ facere

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

perhibātur. Occaſum autē cum ſole dimerſo rēotæ tot partib' po/
teruntappareī. Eſt & alius ortus: qui χρονικός perhibeī. Cū ſole
intra orizontē demergēte de oriētis facie clarū placētæ naſcētis ſyd'
emergit. Occultatōes uero eoꝝ fiut: cū radio cōſequente proprii lu
minis uibratum amittunt. Deniq; a partibus. cxx. matutinas ſta/
tiōes efficiūt: Moxq; in cōtrario in. clxxx. partibus exort' faciūt ue
ſpertinos. Itēq; in alio latere in. cxx. partib' uicinātes ſtationes fa
ciunt ueſpertinas: quas ēt ſecundas dicunt: qui ſuperiores primas
cē dixerunt. Conſecutus aūt radius intra. xi. partes: eas opprimit:
& occultat: Sed curſus diuerſitates: altitudiniſque cauſas conſiſten
di: retrogradiendiq;: atque incedendi omnibus ſupradictis impor/
tat radius Solis affulgens: qui eas percutiens aut in ſublime tollit:
aut in profundum deprimit: aut in latitudinem declinare: aut re/
trogradare facit.

Explicit Liber Octauus.

Eiuſdem Liber Nonus.
De Muſica.

Am Facibus laſſos ſpectans marcentibus ignes
Inſtaurare iubet tunc hymenæa Venus.
Quis modus inquit erit! Quo ná Sollertia fine
Impedient thalamos ludere gymnaſia!
Diriguit comis blandiſque aſſueta uoluptas
Et noſter pallens contrahit ora puer.
Ipſa etiam fulcris redimicula nectere ſueta
Flora decens trina anxia cum Charite eſt.
Nec melicum recinens modulatur tibia carmen:
Nec dulcis temptat pſallere Melpomene:
Omnia quæ tenero moris ferueſcere ludo
In cumulum doctæ uocis honore tacent.
Nec Suada illecebris Sponſalia pectora mulcet:
Nec ſtimula incenſo allicit aculeo.

Quin etiam interulos gaudens diſſoluere nexus
Blandificaq; libens ſtringere corda face:
Nictantes oculos reprimit ſtupefacta uapores
Nec perferre ualet Gorgonos ora trucis.
Si erudita placent certe Sponſalia Diui
Saltem docta ferat carmina Calliope.
Nam ſimul oblectans uocis modulamine mentes
Tedia dulciſonis auferet illa tonis.
Quippe eſt ſcrupoſis: fateor: laſſata puellis
Inſuetis lædor mæſtificata modis.
Pronuba ſic uolupe eſt hæc ſeria carpere Iuno
Nec cura aſtriferi te ſtimulat thalami.
Aſt ego ſuccubui: lepidiſque aſſueta Choreis
Non ualeo triſtes cernere Cecropidas.

ET CVM dicto reſupina paululū: reclini ſque pone conſiſtēſ
ſeſe permiſit amplexibus Voluptatis. Cuius uerbis: aſſertioniq; ru
ricolæ omnes: Cunctique Fluctigenæq; plures etiam Aſtriluci ai/
ſentere Diui: Præſertimque Lemnius mulciber Fabrilium tantum
operum ſollers maritus promptiore atteſtatiōe collaudat. Tum
denique: quod decenter innixa atque ipſa relabentem laſſitudo de
cuerat: Mars eminus conſpicatus teneræ cum admirationis obtutu
languidiore fractior uoce laudauit: profundaque uiſus eſt traxiſſe
ſuſpiria. Nec Bromius in fauoris gratiam diſpar fuit: Quin etiam
ipſum Athlantidem tam flammatæ cupiditatis cura concuſſit: ut
omittere uellet: quæ circa ſponſalem cœtum ornatiora diſpoſuit.
Tanti quippe uiſum nunq̄ Veneri diſplicere. Verum ſuperum pa
teril; inſinuatione Germanæ: ut properaret admonitus: tamen neq̄
nuptialibus derogaret ornatibus: aut tantæ eruditionis examen deli
tioſa feſtinatione conuelleret: Qui probandarum numerus ſupereſ
ſet: nihil afferens feſtinatiōis exq̄rit. Cui Deli' Medicinā; ſuggerit:
Architectonicāq; in præparatis aſſiſtere. Sed quoniā his mortaliū
reꝝ cura: terrenorūq; ſollertia ē: Nec eū æthere qcq̄ hñt: ſuperiſq;
confine nō incōgrue ac ſi faſtidio reſpuuntur: in Senatu cælico reti/
cebunt. Ab ipſa deinceps Virgine explorandæ diſcuſſius. Vna
uero: quæ potiſſima Cæli: Syderumque dilectior eſt: examinis

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

huius tam ſauore q̃ uoluptate diſquiritur. Tuiſque cõſpectibus
non poterit ſine ſcelere uiduari. Sed illud præcunctis intimatum ue
lim: Quod Dotis offerendæ cumulandæq; reciproco alias aduexit
Virginis mater puellas: quas opulentis collocatas muneribus exa
mine iſto explorare conſtituit. Hæ igitur modo diſpares numero
nec diſgregæ uenuſtate eruditionis etiam dignitate paucis aſtantiũ
conferẽdæ: in penetralibus quoq; Virginis: ſecretiſq; ſanctionibus
alumnatæ: Quatinus nec odio: quibuſq; deliciis: ac prorſus eneru i
mollitudine ſyderalis curiæ tranſeantur Iouialis uigoris maieſtate
percenſæ. Hic Tritonida: At quin ait Virgines: quas Phroneſis
educauit: ſuperum inceſſabiliter pectorum arcana tenuerunt. Nec
quiſq̃ fuit ueſtrum: qui non illis uoluntatis abditæ interpratamen
ta cõmiſerit. Deniq; ex his q̃ plures antiſtitiá Profeſſæ Diuũ. Ac ni
per illas in terris ſanctis libare numibus: certe litare penitus abnega
tum. Verũ tranſactæ Virgines eruditiõis caſtæ præſtiterẽ miracula.
Hæ familiaritatis ueſtræ praferũt documẽta. Nam inter diuina hu
manaq; diſſidia Solæ ſemper interiunxere colloquia. Has igitur in
greſſas agnoſcetis: probabitiſque Diui: Quæ dum Delius Pallaſq;
differerent earum diſquiſita uocabula: Tunc Phoebus Genethliaʼ
ce inquit propior aſtabit. Quæ rõnis athereæ conſcia pẽſa Lacheſis
adopertæ atq; inſtantium ſæculorum gerenda denunciat. Deinde
Symbolice: quæ uarietatibus ominatis uẽtura cõponẽs auſpicio
rũ prouẽtus penſat uiribus futurorũ. Thnetice tertia eſt: per quá
tripos illa uentura denunciat: atq; omnis eminuit noſtra Cortina.
Deniq; in argumẽtũ præſciẽtiæ mihi coru⁹ alludit. Cygnus ẽt ſo
ciatur: ut diei noctiſq; ꝓuẽtus nos auib⁹ præſentire cõcolor tẽporũ
pluma teſteẽ. Ipſaq; tripos trini curſus præſagia pollicet: hoc ẽ Ex
tãtiſ: Inſtãtis: & Rapti. Demũ trigariũ ſupplicãtiſ ſemper germãita
tis aduẽiat. ꝙ ueſtra uulgo ſuffragia pollicẽdo incertos mortaliũ
ſenſus primum in ſpem opis ſuperæ proritauit: Præſidiiq; indigam
incultam fecit procedere nationem. Hanc igitur ſiue Trigeminam
fœminam: ſiue tres in unius nõis uocabulum conſpirantes: qs in cœ
lum uenientes inexaminatas attemptet explodere! Cum per eas in
terras nos certũ ſit demeare. Poſt has uero aſtabit decẽs illa ſydere
is fulguráſq; lumib⁹: quæ epiſtolaris tua & dcã ẽ & ꝓbata. Huic ſẽ
per pr̃ tuas aſſerris crẽdidiſſe mãubias: ac triſulcæ lucis cõmiſiſſe ful
gorẽ: quæ uias: ueſtigia: aduẽtũ: exituſq; igniuagæ denũciationis

agnoſcit. Huic igitur foeminæ colloquium denegamus! per quam
edictorum tuorum admonitus mortalibus innoteſcũt. Cur igr̃
pr̃ optime remoraris & intromittere eas alacer & probare!
Poſtq̃ hæc Latoius dixit: Iuppr̃ Harmonien uẽire: quá ſugge
ſtum ẽ: Mercurialiũ ſolá ſupereſſe præceperit: Tũcq; alias in ordi
nem cõtinuari. Hic Luna iam gemina emẽſi diei portione cõmo
nita. Ingreſſurá inquit mox fœminam poſſum explorar̃ uobiſcũ.
Cæterũ propinquante ueſpera: cõſiniiſq; noctis conſequẽtib⁹ tẽ
pora impartir̃ non poſſum. Quippe plauſtrum mihi: Tauruſq; ac
mundanæ diſcurſionis itiner ſubeundum: nec exterarũ me auſcul
tare cõmẽtis ſtelligeri rapt⁹ meta permittit. Et fateor: uellẽ: ſiquã
examinationẽ Virginum prorogaret auctoritaſ: Ipſa quoq; tá præ
cluis eruditionis aſſerta cognoſcer̃: præſertimq; cũ perendinatio rõ
nabiliter expectat: ne laſſata cognoſcẽtis curæ fatigatõe faſtidia oẽs
doctæ intimationis excurſum grauatæ laboribus intẽtionis exclu
dunt. Et illa expetẽdæ cognitionis: approbandæq; ſubtilitas in odi
um noſcendorũ obtuſa multiplici ꝓlixitate uertar̃. Aequs igr̃ duco
ampliandá diſcuſſionẽ tãtũ in ardẽtẽ ſitim aurium inuidarũ: Quæ
cũ Luna diſſereret: oẽs certatim aſſenſere diui. Dehincq; utrũ repen
ſatrix data: dieſque conferẽdæ Dotis prorogari iure publico poſſit:
inquiritur. Quo dicto: Arcanus ille priſci iuriſ aſſertor magna ne
potũ obſecratiõe conſulit: reſpõditq; regulariter etiam matrimõio
copulato dotem ducere Foeminam uiro nullis legibus prohiberi.
At tũc Iupiter periti patris eruditione commonitus. Habeo inquit
mea pignora gratulandũ: Quod fas aſſerit q̃cquid uoſ uelle cogno
ui. Neq;.n. faſtuoſa rigidus elatiõe defugiá: aut ueſtrũ crebrius ac
celebrare conſilium: aut doctarũ uirginum examinare ſollertiã de
ſidis ignauiæ diſſimulatione piguerit: præſertim cum terris indecen
ter expulſas Solis oporteat adhærere ſyderibus. Nunc igr̃ præ
cellentiſſimam Foeminarum Harmoniã: quæ Mercurialium ſola
ſupereſt: audiamus. Hæc q̃ppe & ſuperum curas præcũctis poterit
permulcere æthera cãtibus: nũeriſq; lætificans: & nr̃a tãtummõ cu
pit celebrare palacia Exoſa terrigenæ ſtoliditatis ignauiam: Quam
melicorũ indocilis auget ſine fine mortalitas. Denique iam p̃ridem
homines dirutaque gymnaſia: abſcedens orbe terriſque damnauit.
Ac uix Cyllenidæ indagantis excurſibus nunc comprehenſa.
Poſt lõgæ occultatõis obliuia de fuga reuocar̃: reduciturq; latibu

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lis. Hic igr̃ repertam poſt ſæcula numeroſa: & tandē in uſum meli cum carmēq; renouatam tam uolupe eſt: q̃ conducit audire. Cæteræ uero eruditionis doctiſſimæ ſacræque Germanæ: Cum renouata lux fuerit: intromiſſæ intentionis curæ examine probabuntur.

His orſis Iouialibus Phœbus admonitus Virgine; ſibi prorſus accōmodam admiſſurus egreditur. Verum Paphia remeantis filiæ gratulatione concuſſa annuit puero præcinere nuptiale carmen. Itaq; Hymenæus alacri tandem uigor̃ luminatus: Nec ipſa iá renuente Tritonide ſic cœpit.

Aurea flammigerum cum luna ſubegerit orbem
Roſis iugabo lilia.
Virgo denique ſacro ſociabunt fœdera lecto
Fulcris parate cinnama.
Heſperus intactam ſeruet lꝫ uſque puellam
Nuptam uidebis Phoſphore.
Nec matris lacrymæ: praſſi nec uiribus ungues
Nexus ualebunt rumpere.
Ne thalamos metuas: eris hoc: qđ Iuno tonāti ē:
Quæ nunc ſorore dulcior.
Si placuit docti Sollertia ſacra mariti:
Magis placebunt oſcula.
Aurora exorienſ roſeis ſpectabit ocellis
Floris reſecti præmia.
Ipſe ego pallentem ſpeculabor luce puellam
Se ſe occulentem uiſibus.
Conſcia iam Veneris noua ſerta parate Napææ:
Crocumque lecto ſpargite.
Inq; thoꝝ uiolas certatim fundite conchis
Puluinar almum comite.
Crinale ſpicū pharetris deprome Cupido
Libens capillum ſoluere
Flámea uirgineum: quæ obnubere ſueta pudorē
Regina deme pronuba.
Te blandum teneri: quæ conſcia ſola doloris
Venus decens ſolabitur:
Quæ nunc dura nouo neſcis cōmittere amori

Parabit illa pectora.
Tu modo quæ mando oculos delecta decoros
Reconde mentis intimo.
Doctiloquum charis iuuenem complexa lacertis
Fœcunda redde pignora.

His Hymenæo diutius uelut feſcenina q̃dá licentia perſonante: gemináteque crebri⁹ placuiſſe ratus maxima circūſtantium multitudo Tritoniden Dionenq; comitata digredit̃. & ad nos reductæ tādem Virgis ſtudio ꝑperāter cōcurrit̃. Verū tam puellaꝝ: quæ Deas dñæ conſecutæ pone forte conſtiterant: q̃ Herou populus: q iuſſus aduenerat: properabant. Illæ ut pſallēdi materiē diſcerēt: Hi ut ſacri uultus memoriam recenſerent. Nec mora. & ecce quædam ſuauitas intemptata: Aulicæq; dulcedinis cantus inſonuit: ac melodiæ ultra cuncta rerum oblectamina recinenteſ: auditum mirantium cōpleuere diuum. Non. n. ſimplex quidam & uniuſ materiæ tinnitib⁹ modulatus: ſed oīum organicaꝝ uocum cōſociata permixtio quādam plenitudinē cuncticinæ uoluptatis admiſit. Quo canore diutius circūſtantium pectora deorūq; mulcente. Illæ egreſſoꝝ pauloāte turbæ aduentū Virginis præeuntes: ac tanti comitatus præambulare uiſunt: Sed non caſſæ dulcedinis: nec ſine aliquo ſonori modulaminis argumento: aut opere reuertunt̃. Nā Eratine Cypridis filia: & hymeros Cupidinis aſſecutor. Itemque Terpſiche famulitio Dione concinentes gratiſſime intrauere primum: Sed puer monaliter ſonabat. Poſt hos pſallentes Pyto: Voluptas & Gratiæ admixtis lyræ uocibus: atq; ipſæ harmōicis diſſultantes motib⁹ aduenere dextra leuaq;. Interea præcedebat nūerus Herou crinitorumq; ſapientum: q omnes modulatione q̃dem leni: paruaq; uoce qualibet dulcedine murmurantes: Sed alii laudes Deoꝝ: hymnoſque q̃ plurimi: Alii muſicos tonos: quoſ mō cōpererant: retexebát. Verum per medium quidam agreſteſ canorique Semidei: quorum hircipedem Pandura: Syluarum harundinis enodis fiſtula ſibilatrix: Rureſtris Faunum tibia decuerunt. Verum ſequens Herotum præclui enituit admiratione conuentus. Nam Orpheus Amphion Arionque doctiſſimi aurata omnes teſtudine conſonātes flexanimum pariter reddidere concentum.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nam Trax: quo duri rūpere regna Herebi:
Quoq; ſuam meruit immemor Euridicen:
Quo cantu ſtupidæ tygridis ira ruit:
Quo fertur rabidas perdomuiſſe feras:
Quo uidit rigidas glandibus ire comas:
Iſmaros & ſyluas currere monte ſuas
Carmine: quo Strymon continuit latices:
Et tanais uerſis ſæpe reflatus aquis:
Quo impune accubuit rictibus agna Lupi:
Et lepus immiti contulit ora cani:
Hoc nunc permulſit: inſonuitque melos
Accumulanſq; magis carmina ſacra Ioui.
Amphion rigido in corpore mentis iter
Quoq; dedit montes ſummere poſſe animas:
Quo ſenſus duris cautibus inſeruit:
Et docuit rupes carmina uelle ſequi.
Nam muros thebis dulciſonis fidibus
Præſidiumque dedit carminis arbitrio.
Sed nec Arionam marmora ſurda chelin
Tempſere: extremam cum flagitaret opem:
Et li; indomiti dira procella noti
Spumea Scynæi uerreret ima maris
Delphinas totis ſollicitauit aquis:
Et melicos cantus melica grata tulit.
O uere antiſtans numina magna Deum:
Quæ iſtorum laudes protulit Harmonia:
Quæ domitat herebum: marmora: ſaxa: feras/
Hæc potuit rupes ſenſificare tonis.

Poſt hos honoratior fontigenaꝝ Virginū Chorus pegaſææ uocis nectare diffluebat: q Phrygii cuiuſdā pubidæ cicutis geminatis interſtinctus omnes præcedētiū ſuauitatū dulcedines anteibat.

Tādē inter Phœbū Palladēq; media Harmōia ſublimis ingreditur. Cuius Sonoꝝ caput auri corruſcātis bracteis comebat: Cæſo ēt tenuatoq; metallo rigens ueſtis: & oībus ad motū greſſumq; tanta cōgruētia: tēperatūq; blādis leniter crepitaculis tynniebat. Cuius inceſſum Mater Paphia: ut eam cōtigue ſequebat: li; pulchris roſea

numeris ac libratis paſſibus moueret: Vix tamē poterat imitari. Dextra aūt quoddam gyris multiplicibus circulatum: & miris ductibus intertextū uelut clypeum geſtabat: quod quidē ſuis inuicē cōplexionibus modulatū ex illis fidibus circulatis omniū modoꝝ concinētiam perſonabat. Leua autē Virginis q̄ plures ex auro aſſimilatæ paruæq; effigies theatraliū uoluptatū religatæq; pēdebāt. Veꝝ ille orbis nō chelis: nec barbiton; nec tetrachordon apparebat. Sed ignota rotunditas omniū melodias tranſcēderat organoꝝ. Deniq; mox ingreſſa: atq; eiuſdē orbis ſonuere concentus: cuncta illa: quæ diſſona ſuauitas commēdarat: uelut muteſcētia tacuerunt. Ipſeq; tunc Iupiter: cæleſteſq; Diui ſuperioris melodiæ agnita grāditate: quæ in honorē cuiuſdā ignis arcani ac flāmæ inſopibilis fundebat: reueriti intimū patrimūq; carmē paululū in uenerationē extramundanæ oēs intelligentiæ ſurrexerunt. Tūc Egerimion ineffabile Virgo concludens ad Ioue; reueria: aliis modulis numeriſque uoce etiam aſſociata ſic cœpit.

Te nunc aſtriſonum carmine Iupiter:
Quo gemmata poli uoluere ſydera
Sueuit lege rata ſacra recurſio:
Præfandum ueneror. quippe potiſſimo
Nectis ſceptrifero ſub diademate
Omnigenum genitor regna mouēs deū:
Mundum perpetuo dum rotat ambitu
Mens: quam ſydereo ſufficis impete.
Te nam flammigeri ſemina fomitis
Spargentem referunt aſtra micantia.
Te foueant ſacro munere lumina:
Terriſ purpureum dum renouant Iubar
Teſtata ambroſium ſplendificat diem
Sic tua noctis honos lampade menſtrua
Auratis creuit præmia cornibus
Sub te paluſtri lucas luminat ignibus
Anguis parrhaſias diſſiciens feras
Sic ſolidi tenerum corporis ambitum
Tellus non prohibens axibus inditur:
Alterniſque regit: & regitur polis.
Sic Nerea freti noſcere limitem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sicque ignem ſuperum lambere pabula
Vt nullis careant diſſona litibus:
Atque ita perpes ament diſſita uinclum:
Vt ſemper metuant fœdifragum chaus
Tu rector ſuperum: tu pater optumus:
Complexuque pio ſydera colligans:
Natos perpetuo corpore uiuidas:
Salue: noſtra cui perficitur chelis:
Bis plenum omniſona cui recinunt mela.
Iam uos uerenda quæſo cæli germina:
Quæ multiforme ſcitis ciere barbiton:
Afflata noſtris ferte corda cantibus:
Miſcilla ſacræ dum feruntur curiæ
Mulcere ueſtrum quæ uelim cōſortium
Iam uos uiciſſim proque lege numinum
Poſt has ſonabit diſgregato plaſmate:
Suiſque cunctos allubeſcentes tonis
Deducet: urget: atque debebit locis
Stimuloſq; rurſu; lene permulcet melos.
Nunc igitur alma: quæ Senatum lumina
Deum uerendo culminatis uertice
Biſſena quis uos hetruſci numina
Ritus frequentēt: atque opimēt uictimis
Tamē gemellis: quæ refulget curſibus
Natura honoro protulit faſtigio
Phoebea uero præferens uocabula
Pallas corruſca ac decens Latoia.
Lunare quippe hac uenit conſortium
Phoetontos ardēs ſcādet axem Delius
Nunc uos pudici noſtra fratres culmina
Precabor ipſa: ne uerendos contrahant
Vultus iugandiſque ferēdis carmina:
Hymenque noſtrum inuehat faſtidium
Pſallente plectro concinentur nuptiæ:
Fidibuſque lux feſcennina proderit.

Iam nunc blanda melos carpe Dione

Durus quippe rigor cedit amori.

Nouit nam tenerum promere carmen
Ipſum Spumigenæ ſalum Cytheres:
Nerinaque chelis mouet camœnam:
Dum conchis Galathæa perſonante
Nantes fluctigenas chorumque phorci
Flagrans cura trahit: niualibuſque
Interſtinctus aquis triumphat ardor.
Iam nunc blanda Melos carpe Dione.
Durus quippe rigor cedit amori.
Carmen Menaliæ tulere pinus:
Percuſſaque modis ſonat licæis
Sollers Archadia nemus cicuta
Pernix Semiferi puella panos.
Nam uerſa in calamos ſonat loquaces:
Quam dum forte deus premit labellis
Suſpirat uelut oſculis canorem.
Iam nunc blanda Melos carpe Dione.
Durus quippe rigor cedit amori.
Puer ipſe uerſiformis
Facibus ſtudet Cupido:
Arcuſque dulcinerues
Roſeo ligans ramali
Feriato linquit arcu
Calamos parāte Muſa
In carminis leporem
Curam negat ſagittis:
Tenerumque arundinetum
Noſtru; in melos reliquit.
Nunc ergo corda mulcent
Vapor & canor iugati
Placet ac decet uiciſſim
Cantemus: atque amemus.

Iam nunc blanda Melos carpe Dione.
Durus quippe rigor cedit amori.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Prudens pũella pulchræ
Mater fuit Lacenæ
Illecta ſed canore
Neſcit dolum cauere.
Nam candidus niuoſis
Olor inuolutus alis
Argenteis minorem
Plumis uidens decorem
Nec poſſe purpuratis
Nimium placere ocellis
Teneros ciere cantũs:
Phoetontiaſque Muſas
Coepit repente ficta
Fraudem parans Senecta
Sic admouetur ori.
Roſeumque circũacta
Rapit oſculum puellæ:
Gremioque complicatuſ
Precium tulit pudoris.

Iam nunc blanda Melos carpe Dione.
Durus quippe rigor cedit Amori.

Carmen Lamiadeum
Lucis Diua ſecundæ
Sacris prætulit aſtris.
Antrum quippe ſecuta
Linquens culmina cæli
Paſtoralibus ardens
Palmam dedit cicutis:
Pulſo & luminis auro
Pandit ſepta balãtum
Sordentique adoperta
Pratis gaudet amictu.
Ac tunc conſcia noctu:
Paſcit monte capellas
Spectans ſydera mundi
Mage percrepat flagello
Nec curare Deorum
Penſa aut ferre ſuſurros
Illex carminis ampli
